Voxq; salutantum ramis ueniebat ab altis
Suspicit et lingue q̄rit tam certa loquētes
Vn̄ souēt. hominēq; putat ioue nata locutū
Ales erat. numeroq; nouē sua fata querētes

Instituerant ramis imitantes omnia pice
Coiranti sic orsa dee dea nuper et iste
Auxerunt uolucrum uicte certamine turbā
Pierus has genuit pelleis diues in aruis
Peonis amppe mater fuit. illa potentem
Lucinam nouies nouies paritura uocauit
Intumuit numero stolidarū turba sororū
Perq; tot emonias et p tot achaidas urbes
Huc uenit. et tali committit prelia uoce
Desinite indoctū uana dulcedine uulgus
Fallere. nobiscum si qua est fiducia uobis
Thespiades certate dee. nec uoce nec arte
Vincemur. totidemq; sum9. uel cedite uicte
Fonte meduseo et hyantea agampe
Vel nos emathijs ad peonas usq; muosos
Cedem9 siluis. dirimant certamina nymphe
Turpe quidē cōtēdere erat. sed cedere uisū ē
Turpius. electe iurant per flumina nymphe
Factaq; de uiuo pressere sedilia saxo
Tūc sine sorte prior. que se certare ꝓfessa ē
Bella canit superū. falsoq; in honore gigātes
Pomit. et extenuat magnorum facta deorū
Emissumq; ima de sede typhea terre
Celitibus fecisse metū. cunctosq; dedisse
Terga fuge. donec fessos egipdia tellus
Ceperit. et septem discretus in ostia milus
Huc quoq; terrigenā uemisse typhea narrat
Et se mentitis superos celasse figuris
Duxq; gregis dixit fit iuppit. unde recuruis
Nūc quoq; format9 libys ē cū cornibo hāmō
Delius in corno. proles semeleia capro
Fele soror phebi. miuea saturnia uacca
Misce uenus latuit. cyllenius ibidis alis
Hactenus ad cythară uocalia mouerat ora
Posćmur aomides sed forsitan odia nō sunt
Nec nostris prebere uacat tibi cantibo aures
Ne dubita. uestrūq; mihi refer ordine carmē
Pallas ait. nemorisq; leui cōcedit i umbra
Musa refert dedim9 summā certaminis um
Surgit. et imensos hedera collecta capillos
Calliope querulas pretentat pollice cordas
Atq; hec pcussis subiungit carmina neruis
Prima ceres unco glebam dimouit aratro
Prima dedit fruges alimentaq; mitia tertis
Prima dedit leges. ceretis sūt omnia mun9
Illa canēda mihi est. utinā mō dicere posse
Carmina digna dea. certe ē dea carmine dig̃
Vasta giganteis iniecta est insula membris
Trinacris. et magnis subiectū molibo urgt
Ethereas ausum speture typhoea sedes
Nititur ille quidem. tentatq; resurgere sepe
Dextra sed ausonio man9 est subiecta pelorо
Leua pachynne tibi. lilybeo crura premūt
Degrauat etna caput. suq̃b rsupin9 arenas
Eiectat. flāmamq; fero uomit ore typheus
Sepe remoliri luctatur pondera terre tes
Oppidaq; et magnos deuoluere corpe mō
Inde tremit tellus. et rex pauet ipse silētum
Ne pateat latoq; solū retegatur hiatu
Immissusq; dies trepidātes terreat umbras
Hanc metuens clade tenebrosa sede tyrānus
Exierat. curruq; atrorū uectus equorum
Ambibat sicule cautus fundamina terre
Postq̃ exploratū satis est loca nulla labare
Depositoq; metu uidet hunc erytina uagāte
Monte suo residēs. natūq; amplexa uolucrē
Arma manusq; mee mea nate potencia dixit
Illa quibus superas omnes cape tela cupido
Inq; dei pectus celeres mouere sagittas
Cui triplicis cessit fortuna nouissima regni
Tu superos ipsumq; iouem. tu numina pōti
Victa domas. ipsūq; regit q̃ numina terre.
Tartara quid cessant? cur nō matrisq; tuiq;
Imperium profers? agitur pars tertia mūdi
Et tamen in celo quoq; iam paciencia nra ē
Spernimur. ac me:ū uires minuīt amoris
Pallada nonne uides iaculatricemq; dianā
Abcessisse mihi? ceretis quoq; filia uirgo
Si pacemur erit. nam spes affectat eadem
At tu pro socio si qua est ea gracia regno
Iūge deā patruo dixit uenus. ille pharetrā
Soluit. et arbitrio matris de mille sagittis
Vnam seposuit. sed qua nec acutior ulla
Nec min9 icerta ē. nec q̃ magis audiat arcū
Oppositoq; genu curuauit flexile cornu
Inq; cor hamata percussit harūdine direm

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1928217079/phys_0046

Haud ꝓcul etneis lacus ē a menibus altus
Nomine ꝑgusa. non illo plnra cayster.
Carmina cygnoꝝ labentibus audit in undis
Silua coronat aq̄s cingēs latus omne suisq;
Frōdibus ut uelo phebeos summouet ignes
Frigora dāt rami. uarios hum⁹ hūida floēs
Perpetuum ver ē. quo dū proserpina luco
Ludit. et aut uiolas aut candida lilia carpit
Dumq; puellari studio calathosq; sinumq;
Implet: et equales certat superare legēdo
Pene simul uisa est. dilectaq;. raptaq; dici
Vsq; adeo ē ꝓperat⁹ aōr. dea territa mesto
Et matrem et comites. sed matrē sepius ore
Clamat. et ut summa uestē laniarat ab ora
Collecti flores tunicis cecidere remissis
Tantaq; simplicitas puerilibus affuit annis
Hec quoq; uirgineum mouit iactura dolorē
Raptor agit curr⁹. ⁊ nomine quēq; uocādo
Exhortatur equos. quorū per colla iubasq;
Excutit obscura tinctas ferrugine habenas
Perq; lacus altos et olētia sulphure fertur
Stagna palicorum rupta feruēcia terra
Et q̄ bacchiade bimari gens orta corinto
Inter mequales posuerunt menia portus
Est medium cyanes et pisee aretusa
Quod coit angustis īclusum cornibꝰ equor
Hic fuit. a cuius stagnū quoq; noīe dictū ē
Inter sicelidas cyane celeberima nymphas
Gurgite que medio summa tenus extitit aluo
Agnouitq; deam. nec longius ibitis inquit
Non potes īuite cereris gener esse. rogāda
Nō rapienda fuit. quod si cōponere magnis
Parua mihi fas est. ⁊ me dilexit anapis
Exorata tamen. nec ut hec exterrita nupsi
Dixit. ⁊ in partes diuersas brachia tendens
Obstitit. haud ultra tenuit saturnius iram
Terribilesq; hortatus equos in gurgitis ima
Contortum ualido sceptrum regale lacerto
Condidit. icta uiam tellus in tartara fecit
Et pronos currus medio cratere recepit
At cyane raptamq; deam contemptaq; fōtis
Iura sui merens inconsolabile vulnus
Mēte gerit tacita. lachrimisq; absumitur oīs

Et q̄rū fuerat magnū modo numen ī illas
Extenuatur aquas. molliri membra uideres
Ossa pati fluxus. ungues posuisse rigorem.
Primaq; de tota tenuissima q̄q; liquescunt
Cerulei crines digitiq; et crura pedesq;
Nam breuis ī gelidas mēbris exilibꝰ undas
Transit⁹ ē. post hec humeri tergūq; latusq;
Pectoraq; in tenues abeūt euanida riuos
Deniq; pro uiuo uiciatas sanguine uenas
Lympha subit. restatq; nihil qd̄ prēdē pos
Interea pauide nequicq̄ filia matri sis.
Omnibus est terris. omni quesita profundo
Illam non udis ueniens aurora capillis
Cessantem uidit non hesperus. illa duabus.
Flāmiferas pinus manibus succēdit ab etna
Perq; pruinosas tulit irrequieta tenebras
Rursus ubi alma dies hebetarat sydera. natā
Solis ad occasum. solis querebat ad ortus
Fessa labore sitim cōceperat. oraq; nulli
Colluerant fontes. cōtectam stramine uidit
Forte casam paruasq; fores pulsauit at inde.
Prodit an⁹. diuāq; videt. lymphāq; rogāti
Dulce dedit testa quod coxerat ante polēta
Dū bibit illa datū. duri puer oris ⁊ audax
Cōstitit ante deā. risitq; auidamq; uocauit
Offēsa ē. neq; adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mixta ꝑfudit diua polēta sit
Cōbibit os maculas et que mō brachia ges/
Crura gerit cauda ē mutatis addita mēbris.
Inq; breuē formam. ne sit uis mag̃ nocendi
Contrahitur. ꝑuaq; minor mēsura lacerta ē
Mirātem flentēq; et tāgere mōstra pauētē
Fugit anum. latebrasq; petit. aptūq; colori
Nomen habet uarijs stellatus corꝑa guttis
Quas dea per terras. et q̄s errauerit undas
Dicere longa mora est. querenti defuit orbis
Sicaniam repetit. dumq; oīa lustrat eundo
Venit et ad cyanen. ea ni mutata fuisset
Omnia narrasset. sed et os et lingua uolēti
Dicere nō aderant. nec q̄ loqueret̄ habebat
Signa tñ manifesta dedit. notāq; parēti.
Illo forte loco delapsam in gurgite sacro:
Persephones zonā sūmis ostendit in undis

Quā simul agnouit tanq̄ tum denique raptā
Scisset. inornatos laniauit diua capillos.
Et repetita suis percussit pectora palmis
Nescit adhuc ubi sit. terras tamē īcrepat oīs
Ingratasq; uocat. nec frugū munere dignas
Trinacriam ante alias. ī qua uestigia dāni
Repperit. ergo illic seua uertencia glebas
Fregit aratra manu. pariliq; irata colonos
Ruriculasq; boues leto dedit. aruaq; iussit
Fallere depositum. uiciataq; semina fecit
Fertilitas terre latum uulgata per orbem
Spersa iacet. primis segetes moriūt ī herbis
Et mō sol nimius. nimius mō corripit imber
Syderaq;. et uenti nocent. auideq; uolucres
Semina iacta legunt. loliū tribuliq; fatigāt
Triticias menses. et in expugnabile g̃men
Tum caput eleis alpheias extulit undis.
Rorantesq; comas a fronte remouit ad aures
Atq; ait o toto quesite uirginis orbe
Et frugum genitrix immensos siste labores
Neue tibi fide uiolenta irascere terre
Terra nihil meruit. patuitq; inuita rapine
Nec sum ꝓ patria supplex. huc hospita ueni
Visa mihi patria ē. et ab elide ducim9 ortus
Sicaniam peregrina colo. sed gracior omni
Hec mihi t̄ra solo ē. hos n̄c arethusa penates
Hanc habeo sedē. quam tu mitissima serua
Mota loco cur sim tantiq; ꝑ equoris undas
Aduehor ortygiam ueniet narratibus hora
Tempestiua meis. cum tu curaq; leuata
Et uultus melioris eris. mihi peruia tellus
Prebet iter subterq; imas ablata cauernas
Hic caput attollo. desuetaq; sydera cerno
Ergo dum stygio sub terris gurgite labor
Visa tua est oculis illic proserpina nostris
Illa quidē tristis. neq; adhuc īterrita uultu
Sed regina tamen. sed opaci maxima mūdi
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni
Mater ad auditas stupuit ceu saxea uoces
Attoniteq; diu similis fuit. utq; dolore
Pulsa graui grauis ē amencia. curribꝰ auras
Exit in ethereas. ibi toto nubila uultu
Ante iouem sparsis stetit inuidiosa capillis

Proq; meo ueni supplex tibi iuppiter inquit
Sanguine. proq; tuo. si nulla ē gracia matris
Nata p̄rez moueat. neu sit tibi cura p̄camur
Vilior illius quod nostro est edita partu
En quesita diu tandem mihi nata reperta est
Si reperire uocas amittere certius. aut si
Scire ubi sit reperire uocas. q̄ rapta ferem9
Dū mō reddat eā. neq; enī predone marito
Filia digna tua est. si iam mea filia non est
Iupiter excepit. commune est pign9 onusq;
Nata mihi tecum. sed si mō nomina rebus
Addere uera placet. non hoc iniuria factum
Verꝫ aōr ē. neq; erit nobis gener ille pudori
Tu mō diua uelis. ut desint cetera. quātū ē
Esse iouis frēm? quid q̄ non cetera desūt?
Nec cedit nisi forte mihi? sed tanta cupido
Si tibi dissidij est. repetet proserpina celū
Lege tamen certa: si nullos contigit illic
Ore cibos. nā sic parcarum federe cautum ē
Dixerat. at cereri certū est educere natam
Non ita fata sinunt. quoniam ieiunia uirgo
Soluerat. et cultis dū simplex errat in hortis
Puniceum curua decerpserat arbore pomū
Sumptaq; pallenti septem de cortice grana
Presserat ore suo. solusq; ex omnibus illud
Ascalaphus uidit. quē quondā dicit orphne
Inter aūnales haud ignotissima nymphas
Ex acheronte suo furuis peperisse sub antris
Vidit. et indicio reditum crudelis ademit
Ingemuit regina herebi. testemq; ꝓphanū
Fecit anē. spsūq; caput flegethontide līphe
In rostrum et plumas et grādia luīa uertit
Ille sibi ablatus fuluis amicitur in alis
Inq; caput crescit. lōgosq; reflectit ungues
Vixq; mouet natas per mercia brachia pēnas
Fedaq; fit uolucris uenturi nuncia luctus
Ignauus bubo dirum mortalibus omen
Hic tamen indicio penam linguaq; uideri
Commeruisse potest. uobis acheloides unde
Pluma pedesq; auiū? cū uirginis ora geratis
An q̄a. cū legēt et flores ꝓserpina uernos
In comitum numero docte sirenes erati?
Quam postq̄ toto frustra quesistis in orbe

Protinus·ut uestram sentirent equora curā
Posse super fluctus alarum insistere remis
Optastis·facilesq; deos habuistis.et artus
Vidistis uestros subitis flauescere pennis
Ne tñ ille canor mulcendas nat9 ad aures
Tantaq; dos oris lingue deperderet usum
Virgnei uultus et uox humana remansit
At medius fratrisq; sui mesteq; sororis
Juppiter ex equo uoluentem diuidit annum
Nunc dea regnorū numen commune duorū
Cum matre ē totidē·totidē cū cōiuge mēses
Vertitur extemplo facies et mentis et oris
Nā modo q̄ poterat diti quoq; mesta uideri
Leta dee frons est.ut sol qui tectus aquosis
Nubibus ante fuit.uictis e nubibus exit
Exigit alma ceres nata secura recepta fōs
Que tibi causa fuge.cur sis arethusa sacer
Conticuere unde·quarum dea sustulit alto
Fonte caput·uiridesq; manu siccata capillos
Flumiuis alphei veteres narrauit amores
Pars ego nympharū q̄ sūt ī achaide dixit
Vna fui.nec me studiosius altera saltus
Legit.nec posuit studiosius altera casses
Sed quāuis forme nūquā mihi fama petita ē
Quāuis fortis eram.formose nomē habebā
Nec mea me facies nimiū laudata iuuabat
Quaq; alie gaudere solent ego rustica de te
Corporis erubui.crimenq; placere putaui
Lassa reuertebar.meīni.stymphalide silua
Est9 eāt. magnusq; labor geminauerat estū
Inuenio sine uortice aq̄s.sine murmuē eūtes
Perspicuas ad humū.p q̄s numerabl' alte
Calculus omnis erat·quas tu uix ire putares
Cana salicta dabāt nutritaq; populus unda
Sponte sua natas ripis decliuibus umbras
Accessi.primumq; pedis uestigia tinxi
Poplite deinde ten9.neq; eo cōtēta r̄cingor
Molliaq; impono salici uelamina curue q;
Nudaq; mergor aquis.q̄s dū ferioq; traho
Mille modis labens.excussaq; brachia iacto
Nescio qd medio sensi sub gurgite mumur
Territaq; insisto propiori margine fontis
Quo ꝓperas arethusa suis alpheus ab ūdis
Quo properas iterū rauco mihi dixerat ore
Sicut eram fugio sine uestibus.altera uestes
Ripa meas habuit·tāto mag̃ īstat·et ardet
Et quia nuda fui·sum uisa paratior illi
Sic ego currebam sic me ferus ille p̄mebat
Vt fugere accipitrē pēna trepidante colūbe
Vt sole accipiter trepidas urgere colūmbas
Vsq; sub orchomenon sophidaq; cyllenenq;
Menaliosq; sin9·gelidāq; erimāthō et elim
Currere sustinui.nec me velocior ille
Sed tolerare diu cursus ego uiribus impar
Non poteram·longi paciens erat ille laboris
Per tñ et campos et opertos arbore mōtes
Saxaq; quoz et rupes et q̄ uia nulla cucurri
Sol erat a tergo uidi precedere longam
Ante pedes umbrā·nisi si timor illa uidebat
Sed certe sonitu q; pedum terrebar·et ingēs
Crinales uittas afflabat anhelitus oris
Fessa labore fuge fer opē deprēdimur inq̄;
Armigere diana tue.cui sepe dedisti
Ferre tuos arcus.inclusaq; tela pharetra
Mota dea est spissis q; ferens e nubibꝰ vnā
Me super iniecit lustrat.caligine tectam
Amnis·et ignarus circum caua nubila q̄rit
Bisq; locū·quo me dea texerat.inscius ābit
Et bis io arethusa io arethusa uocauit
Quid mihi tūc aī misere fuit? an ne q; agne
Si q̄ lupos audit circū stabula alta fremētes
Aut lepori? qui uepre latens hostilia cernit
Ora canū·nullos audet dare corpore motus.
Nō tamē abscedit.neq; enim uestigia cernit
Longius ulla pedū.seruat nubemq; locūq;
Occupat obsessos sudor mihi frigidus art9
Ceruleeq; cadūt toto de corpore gutte.
Quaq; pedē moui·manat locus.eq; capillis
Ros cadit·et citius q̄ nūc tibi fata renarro
In latices mutor·ꝫ enim cognoscit amatas
Amnis aq̄s.positoq; uiri quod sup̄serat ore
Vertitur in ꝓprias ut se mihi misceat undas
Delia rupit humū cecisq; ego mersa cadmis
Aduehor ortygyam.q̄ me ꝯgnomine diue
Grata mihi superas eduxit p̄ma sub auras.
Hac arethusa tenus.geīos dea fertil' āgues

Curribus admouit frenisq; coercuit ora
Et medium celi terreq; per aera uecta est
Atq; leuem currum tritonida misit in urbē
Triptolemo ptimq; rudi data semīa iussit
Spargere humo. ptim post tpa lōga r̄culte
Iam super europam sublimis et asida terrā
Vectus erat iuuenis. scythicasq; adūtit̄ oral
Rex ibi lincus eratr. egis subit ille penates
Qua ueniat. causamq; uie. nomēq; rogatus
Et patriam. patria ē clare mihi dixit athene
Triptolem9 nomē. ueni nec puppe p undas
Nec pede p terras. patuit mihi puius ether
Dona fero cereris latos que sparsa p agros
Frugiferas messes. alimentaq; mitia reddāt
Barbarus inuidit. tantiq; ut muneris autor
Ipse sit. hospicio recipit. somnoq; grauatum
Aggreditur ferro. conantem figere pectus
Lynca ceres fecit. rursusq; per aera iussit
Mesopium iuuenem sacros agitare iugales
Finierat doctos e nobis maxima cautus
At nymphe uicisse deas eliconа colentes
Concordi dixere sono. conuicia uicte
Cum facerent. quoniā dixi certamine uobis
Suppliciū meruisse par̄ ē. maledictaq; clspe
Additis. et non est paciencia libera nobis
Ibimus ī penas. et qua uocat ira sequeuur
Rident ampedes. sperūtq; minancia uerba.
Conateq; loqui magno clamore proteruas
Intentare manus. pennas exire per ungues
Aspexere suos. operiri et brachia plumis
Alteraq; alterius rigido concrescere rostro
Ora uidet. uolucresq; nouas accedere siluis
Plāgē dumq; uolūt p brachia mota leuate.
Aere pendebant nemorum conuicia pice
Nunc quoq; ī alitibus facūdia prisca r̄māsit
Raucaq; garrulitas studiūq; īmane loquēdi

Finit liber Quintus Ouidij Nasonis

Publij Ouidij Nasonis Metamor-
phoseos Liber Sextus. Incipit.:.

Rebuerat dictis tritoni
a talibus aures
Carminaq; aonidū iusta-
tamq; pbauerat iram
Tum secum. laudare pa
rum est. laudemur et ipe
Numina nec sperni sine pena nr̄a sinamus.
Meonieq; animum fatis intendit aragnes
Quam sibi lanifice nō cedere laudibus artis
Audierat. non illa loco nec origine gentis
Clara. s; arte fuit. pr̄ huic colophonius idmō
Phocaico bibulas tingebat murice lanas
Occiderat mater. sed et hec de plebe suoq;
Aequa uiro fuerat. lydias tamen illa p urbes
Quesierat studio nomen memorabile. q̄uis
Orta domo parua puis habitabat hipepis
Huius ut aspicerent opus admirabile sepe
Deseruere sui nymphe uineta tinoli
Deseruere suas nymphe pactolides undas.
Nec factas solum uestes spectare iuuabat
Tūc quoꝫ cū fierent. tantus decor affuit arti
Sine rudē primos lanā glomerabat ī orbes
Seu digitis subigebat opus. repetitaq; lōgo
Vellera mollibat nebulas equancia tactu
Seu leui teretem uersabat pollice fusum
Seu pingebat acu. scires a pallade doctam
Quod tn̄ ipsa negat. tātaq; offēsa magistra
Certet ait mecū. nihil est quod uicta recuseꝫ
Pallas anū simulat. falsosq; in tēpora canos
Addit. et īfirmos baculo quoꝫ sustinet art9
Tunc sic orsa loqui. non omnia grādior etas
Que fugiam9 habet. seris uenit us9 ab ānis
Consiliū ne sperne meum. tibi fama petatur
Inter mortales faciende maxima tele
Cede dee. ueniamq; tuis temeraria dictis
Supplice uoce roga. ueniā dabit illa rogāti
Aspicit hanc torius inceptaq; fila relinquit
Vixq; man9 retinens confessam uultibꝫ irā
Talibus obscuram resecuta ē pallada dictis
Mentis inops lōgaq; ueuis cōfecta senecta
Et nimium uixisse diu nocet. audiat istas
Si qua tibi nurus est. si q̄ est tibi filia. uoces
Consilij satis est in me mihi. neue monendo

Profecisse putes. eadem est sententia nobis
Cur ñ ipa ueit? cur hec certamīa uitat? phe
Tūc dea uenit ait. formāq; remouit anilem
Palladaq; exhibuit. uenerāt numina nym
Mygdonidesq; nurus. sola ē interrita uirgo
Sed tamē erubuit subitusq; inuita notauit
Ora rubor. rursusq; euanuit. ut solet aer
Purpureus fieri. cū p̄mū aurora moueret.
Et breue post tēpus cādescere solis ab ortu
Prestat ī incepto. stolideq; cupidine palme
In sua fata ruit. neq; enim ioue nata r̄cusat
Nec monet ulterius. nec iā certamīa differt
Haud mora. cōsistūt diuersis ptibus ambe.
Et g̃cili geminas intendunt stamine telas
Tela iugo iuncta est. stamē secreuit arūdo
Inseritur mediū radijs subtegmen acutis
Quod digiti expediūt. atq; īter stamīa ductū
Percusso feriunt insecti pectine dentes
Vtraq; festinat. cincteq; ad pectora uestes
Brachia docta mouēt studio fallēte laborem
Illic et tyrium q̄ purpura sensit ahenum
Texitur et tenues parui discriminis ūbre
Qualis ab ymbre solet percussis solibꝰ arcꝰ
Inficere ingēti longū curuamine celum
In quo diuersi niteant cum mille colores
Trāsitus ille tamē spectantia lumina fallit
Vsqadeo qd̄ tāgit idē est. tñ ultima distāt.
Illic et lentum filis immittitur aurum
Et uetus in tela deducitur argumentum
Cecropia pallas scopulum mauortis in arce
Pingit. et antiquā de terre nomine litem
Bis sex celestes medio ioue sedibus altis
Augusta g̃uitate sedent. sua quenq; deorum
Inscribit facies. iouis est regalis imago
Stare deū pelagi. longoq; ferire tridente
Aspera saxa facit. medioq; e uulnere saxi
Exiluisse fer̄. quo pignore uendicet urbem
At sibi dat clipeū. dat acute cuspidis hastā
Dat galeam capiti. defenditur egide pectus
Percussamq; sua simulat de cuspide terram
Prodere cū baccis fetum candentis oliue
Mirariq; deos. operis uictoria finis
Vt tamen exēplis intelligat emula laudis.

Quod p̄ciū speret pro tam furialibus ausis
Quottuor ī ptes certamina quottuor addit
Clara colore suo breuibus distincta sigillis
Threiciā rhodopen hꝫ āgulus unus. et emū
Nūc gelidos mōtes. mortalia corpa quōdā
Numina summor̄ sibi qui tribuere deorum
Altera pigmee fatū miserabile matris
Pars habet. hāc iuno iussit certamine uictā
Esse gruem. populisq; suis indicere bellum
Pinxit et antigonē ausam cōtendere quōdā
Cum magni cōsorte iouis. quam regia iuno
In uolucrem uertit. nec ꝓfuit ilion illi
Laomedonue pr̄. sup̄tis quin cādida pēnis
Ipa sibi plaudat crepitāte ciconia rostro
Qui sup est solus cynarā hꝫ angulus orbum
Isq; g̃dus templi natar̄ membra suarum
Amplectēs saxoq; iacens lachrymare uidet̄
Circuit extremas oleis pacalibus oras:
Is modus est. operisq; sua facit arbore finez
Meonis elusam desig̃t imagine tauri
Europam. uer̄ taurum freta uera putares.
Ipsa uidebatur terras spectare relictas
Et comites clamare suas. tactumq; uereri
Assiliētis aq̄. timidasq; recondere plantas.
Fecit et asterien aquila luctante teneri.
Fecit olorinis ledam recubare sub alis
Addidit ut satyri celatus imagine pulchra.
Iuppiter implerit gemino nycteida fetu
Amphitrion fuerit cum te tyrynthya cepit.
Aureus ut danen. asopida luserit ignis.
Mēnosinē pastor. uariusq; deolida serpens
Te quoq; mutatū toruo neptune iuuenco.
Virgine in eolia posuit. tu uisus enipeus
Gignis et aloidas. aries bisalpida fallis
Et te flaua comas frugum mitissima mater
Sensit equū. te sensit equū crinita colubris
Mater equolucris. sensit delphina melātho
Oībus his faciemq; suam faciemq; locorū
Reddidit. est illic agrestis imagine phebus
Vtq; mō accipitris pēnas mō terga leonis
Gesserit ut pastor macareida luserit ysen.
Liber ut erigonen salsa deceperit uua:
Vt saturnus equo geminū chirona crearit.

Vltima pars tele tenui circundata limbo
Nexilibus flores hedetis habet intertextos
Non illud pallas. non illud carpere liuor
Possit opus. doluit successu flaua uirago
Et rupit pictas celestia crimina uestes
Vtq cytheriaco tadium de monte tenebat
Ter quater idomenie frontē pcussit aragnes
Non tulit infelix. laqueoq animosa ligauit
Guttura. pendentem pallas miserata leuauit
Atq ita. uiue quidē. pende tamē im pba dixi
Lexq eadem pene ne sis secuta securi
Dicta tuo generi serusq nepotibus esto
Postea discedens sucis hecateidos herbe
Sparsit. et extemplo tristi medicamine tacte
Defluxere come cum quis et nasis et aures
Sitq caput minimum. totoq est corpe pua
In latere exiles digiti p curuibus herent
Cetera sunt uenter. de quo tamē illa remittit
Stamen. et antiquas exercet aranea telas
Lydia tota fremit. phrygieq p opida facti
Rumor it. et mgnū sermonibo occupat orbē
Ante suos miobe thalamos cognouerat illā
Tunc cū meomā uirgo siphilumq colebat
Nec tñ admonita ē pena populatis aragnes
Cedere celitibus. uerbisq minoribus uti
Multa dabāt aios. ß enim nec diuis arces
Nec gen9 ambozum magnicq potēcia regni
Sic placuere illi. cquis hec cuncta placerent
Vt sua pgenies. et felicissima matrum
Dicta foret miobe. si non sibi uisa fuisset
Nam sata tiresia uenturi presaia mantho
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata uias. ismenides ite frequentes
Et date latone latomigemisq duobus
Cum prece tura pia lauroq imnectite crinē.
Ore meo latona iubet. paretur. et omnes
Thebaides iussis sua tēpora frondibo omāt
Turaq dant sanctis et uerba pcādia flāmis
Ecce uenit comitū miobe celeberrima turba
Vestibus intexto phrygijs spectabil auro
Et quantū ira sinit formosa mouensq decoro
Cū capite imissos humerū p utrūq capillos
Cōstitit: utq oculos circutulit alta superbos
Quis furor auditos inquit preponere uisis
Celestes: aut cur colitur latona per aras
Num adhuc sine ture meū ē. m tātal9 autor
Cui licuit soli superorum tangere mensas
Pleiadū soror ē genitrix mea. maxim9 atlas
Est auus. ethereum qui fert cerulcibus axcē
Juppiter alter auus. socero quoq glorior illo
Oe gētes metuūt phrygie. me regia cadmi
Sub domina ē. fidibusq mei cōmissa mariti
Oemia cum populis a meq uiroq regūtur
In quācunq domus aduerti lumina partē
Immense spectantur opes. accedit eodem
Digna dea facies. huc natas adjice septem
Et totidē iuuenes. et mox generosq nurusq
Querite nūc habeat cq nostra superbia causas
Quoq modo audetis gemtam titanida ceo
Latonam pferre mihi. cui maxima quōdā
Exiguam sedem pariture terra negauit
Nec celo nec humo nec aqs dea ura rcepta ē
Exul erat mundi. donec miserata uagantem
Do'pita tu terris erras. ego dixit in undis
Instabilemq locum delos dedit. illa duorū
Facta parens. uteri pars hec est septima nri
Cū felix. quis enī negat hoc felixq manebo
Hoc quoq quis dubitat tutā me copia fecit
Maior sum cq cui possit fortuna nocere
Multaq ut eripiat. multo mihi plura relinq
Excessere metum mea iā bona. fingite demi
Huic aliquit populo natorum posse meorū
Non tñ ad numerū redigar spoliata duorū
Ite sacris propere sacris. lautumq capillis
Pomite. deponūt. et sacra infecta relinquunt
Qdq licet tacito uenerātur murmure numē
Latone turba que cq distabat ab orba
Indignata dea ē. summeq ī uertice cynthi
Tabbus est dictis gemina cum prole locuta
En ego uestra parens uobis animosa creatis
Et misi iunoni nulli cessura dearum
An dea sim dubitor perq omnia sec'a cultis
Arceor. o nati. misi uos succurritis. atis
Nec dolor hic so'us. diro cōuicia facto
Tantalus adiecit. uosq est postponere natis
Ausa suis. et me quod in ipsam recidat orbā

Dixit. et exhibuit ligram scelerata paternā
Deiectura preces erat his latona relatis.
Desine phebꝰ ait. pene mora longa q̄rela ē
Dixit idem phebe celeriq; per aera cursu
Contigerāt tecti cadmeida nubibus arcem.
Planꝰ erat lateq; patēs prope menia cāpus
Assiduis pulsatus equis. ubi turba rotarū.
Duraq; mollierat subiectas ungula glebas
Pars ibi de septē genitis amphione fortes.
Conscendūt in equos. tyrioq; rubētia succo
Terga p̄mūt. auro g̃uidis moderāt̄ habenis
Equibus ismenos. q̄ matri sarcina quondā.
Prima sue fuerat. dū certū flectit in orbem
Quadrupedi currus spumātiaq; ora coercet
Hei mihi ꝯclamat. medioq; in pectore fixus
Tela gerit: fremisq; manu moriēte remissis
In latus a dextro paulatim defluit armo.
Proximus audito sonitu p̄ inane pharetre
Frena dabat siphilus ueluti cū p̄scius imbres
Nube fugit uisa. pendentiaq; undiq; rector
Carbasa deducit. ne qua leuis effluat aura
Frena tamen dantem non euitabile telum.
Cōseq̄tur summaq; tremēs ceruice sagitta
Hesit. et extabat nudum de gutture ferrū.
Ille ut erat ꝓnus p̄ crura admissa in basq;.
Voluitur et calido tellurē sanguine fedat.
Phedimus infelix et auiti nominis heres.
Tantalus. ut solito finem imposuere labori
Trāsierant ad opus nitide iuuenile palestre
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribꝰ: cū tento concita neruo.
Sicut erant iuncti traiecit utrumq; sagitta.
Ingemuere simul. simul incuruata dolore
Mēbra solo posuere. simul suprema iacētes
Lumina uersarūt. animā simul exhalarūt.
Aspicit alphenor. laniataq; pectora plāgēs
Aduolat ut gelidos cōplexibꝰ alleuet artꝰ
Inq; pio cadit officio. nam delius illi
Intima fatifero rupit precordia ferro.
Quod simꝰ eductū ē. ꝑs ē pulmoīs ī hamis
Eruta. cūq; anima cruor ē effusus ī auras.
At nō intonsum simplex damasitona uulnꝰ
Afficit. ictꝰ erat qua crus esse īcipit. et qua
Mollia nodosus facit internodia poples.
Dūq; manu tentat trahere exitiabile telum
Altera p̄ iugulū pennis tenus acta sagitta ē
Expulit hāc sanguis. seq; eiaculatus in altū
Emicat. et longe terebrata prosilit aura.
Vltimus ilioneus nō profectura precando
Brachia sustulerat. diiq; o cōmuniter omēs
Dixerat. ignarus nō omnes esse rogandos.
Parcite. motus erat. cū iam reuocabile telū
Nō fuit arcitenenꝰ. minimo tamē occidit ille
Vulnere. non alte percusso corde sagitta
Fama mali populiq; dolor lachrymeq; suoꝝ
Tam subite matrem certam fecere ruine
Mirantem potuisse. irascentemq; quod ausi
Hoc essent superi quod tātū iuris haberēt
Nā pater amphion ferro p̄ pectus adacto.
Finierat moriens pariter cū luce dolorem.
Heu quātū hec niobe niobe distabat ab illa
Que modo latois populū summouerat aris
Et mediā tulerat gressus resupina p̄ urbē
Inuidiosa suis at nunc miseranda uel hosti
Corporibꝰ gelidis incūbit. et ordine nullo.
Oscula dispensat natos suprema p̄ omnes.
A quibus ad celū liuentia brachia tollens
Pascere crudelis nostro latona dolore.
Pascere ait saciaq; meo tua pectora luctu
Corq; ferum sacia dixit. per funera septem
Efferor. exulta. uictrixq; inimica triumpha.
Cur aūt uictrix? misere mihi plura supsunt:
Quā tibi felici. post tot quoq; funera uinco
Dixerat. et sonuit contento neruus ab arcu
Qui preter nioben unā conteruit omnes
Illa malo ē audax. stabāt cū uestibus atris
Ante toros fratrum demisso crine sorores.
Equibus una trahens herentia uiscera telo
Imposito fratri moribunda relanguit ore
Altera solari miseram conata parentem
Cōticuit subito. duplicataq; uulnere ceco ē
Oraq; compressit. nisi postq̄ spiritus ibat
Hec frustra fugiens collabitur. illa sorori
Immoritur. latet hec illam trepidre uideres
Sexq; datis leto. diuersaq; uulnera passis.
Vltima restabat: q̄ toto corpore mater

Tota ueste tegens unā minimāq; relinque
De multis. minimā posco. clamauit. et unā
Dūq; rogat pro q̄ rogat occidit. orba r̄sedit
Examines inter natos natasq;. uirumq;
Diriguitq; mal'. nullos mouet aura capillos
In uultu color ē sine sanguīe. lumīa mestis
Sāt immota genis. nihil ē in imagine uiuū
Ip̄a quoq; interius cū duro lingua palato
Cōgelat. et uene desistūt posse moueri.
Nec flecti ceruix. nec reddere brachia gest9
Nec pes ire p̄t. intra quoq; uiscera saxum est
Flet tamē. et ualidi circūdata turbine uēti
In patriā rapta est. ubi fixa cacumine mōtis
Liquit̄. et lacrimis etiā nūc marmora manāt
Tūc uero cuncti manifestā numinis iram
Femina uirq; timēt. cultuq; impēsius omnes
Mag̃ gemellipare uenerātur numina diue.
Vtq; fit a facto ꝓpiore p̄ora renarrant.
E quibus unus ait. lycie quoq; fertilis agris
Nō impune deam ueteres spreuere coloni.
Res obscura quidē est ignobilitate uirorū.
Mira tamē. uidi presens stagnūq; locumq;
Prodigio notum. nam me iam g̃ndior euo
Impatiensq; uic genitor deducere lectos
Iusserat inde boues. gētisq; illius eunti
Ip̄e ducē dederat. cū quo dū pascua lustro
Ecce lacu medio sacrorum nigra fauilla
Ara uetus stabat. tremul' circūdata cannis
Restitit. et ꝑuo faueas mihi murmure dixit
Dux me9. et sil̄i faueas mihi murmure dixi
Naiadum fauni ne foret tamē ara rogabā
Indigneue dei. cum talia redidit hospes
Non hac o iuuenis mōtanū numen in ara ē
Illa suā uocat hanc. cui quōdā regia iuno
Orbem interdixit. quam uix erratica delos
Errantē accepit. tunc cū leuis insula nabat.
Illic incumbēs cum palladis arbore palme.
Edidit inuita geminos latona nouerca.
Hinc quoq; iunonē fugisse puerpera fertur
Inq; suo portasse sinu duo numina natos.
Iāq; chimerifere cū sol grauis ureret arua
Finibus in lycie. longo dea fessa labore.
Sydereo siccata sitim collegit ab estu.

Vberaq; ebiberant auidi lactancia nati
Forte locū mediocris aque prospexit in imis
Vallibus: agrestes illic fruticosa legebant.
Vimina cū iuncis. gratāq; paludibꝰ uluam
Accessit positoq; genu titania terram
Pressit. ut hauriret gelidos potura liquores
Rustica turba uetat. dea sic affata uetantes:
Quid ꝓhibetis aquas? usus cōmuīs aq̄ꝝ ē.
Nec solem proprium natura nec aera fecit:
Nec tenues undas. ad publica munera ueni
Que tamē ut detis supplex peto. n̄ ego nr̄os
Abluere hic artus: lassataq; mēbra parabā
Sed releuare sitim caret os hūore loquētis.
Et fauces arent uixq; est uia uocis in illis
Haustus aq̄ mihi nectar erit uitāq; fatebor
Accepisse. simul uitam dederitis in undis
Hi quoq; uos moueāt q̄ nr̄o brachia tēdūt
Parua sinu et casu tendebant brachia nati
Quē nō blāda dee potuissent uerba moures?
Hij tamen orantē ꝑstant ꝓhibere. minasq;
Ni ꝓcul abscedat. cōuiciaq; insuper addūt.
Nec satis est. ipsos etiam pedibusq; manuq;
Turbauere lacus. imoq; e gurgite mollem
Huc illuc limum saltu mouere maligno
Distulit ira sitim. neq; enim iam filia cei
Supplicat indignis nec dicere sustine ultra
Verba minora dea. tollēsq; ad sidera palmas
Eternum stagno dixit uiuatis in isto
Eueniunt optata dei. iuuat esse sub undis
Et mō tota caua summergeṙ mēbra palude
Nunc ꝓferre caput. sūmo mō gurgite nare
Sepe super ripam stagni consistere. sepe
In gelidos resilire lacus. ꝫ nūc quoq; r̄pes
Litibus exercent linguas. pulsoq; pudore
Quātus sint sub aq̄. sub aq̄ maledicere tētāt
Vox quoq; iā rauca ē īflataq; colla tumes
Ipsaq; dilatāt. patulos cōuicia rictus cūt
Terga caput tāgunt. colla intercepta uidēt
Spina uiret. uēter pars maxīa corpis albet
Limosoq; noue saliunt in gurgite rane
Sic ubi nescio quis lycia de gente uirorum
Retulit. exitium satyri remmiscitur alter
Quem tritoniaca latous harundine uictū

Affecit pena. quid me mihi detrahis inquit?
Ah piget ah nō est clamabat tibia tanti.
Clamāti cutis est summos direpta p artus
Nec q̄tq̄ nisi uulnꝰ erat. cruor ūdiq̄ manat
Detectiq̄ patent nerui. trepideq̄ sine ulla
Pelle micant uene. salientia uiscera posses
Et per lucentes numerare in pectore fibras
Illum ruricole syluarum numina fauni
Et satyri frēs et tūc quoq̄ clarus olympus
Et nymphe flerūt. et quisquis mōtibꝰ illis
Lanigerosq̄ greges. armītaq̄ bucera pauit
Fertil' immaduit. madefcāq̄ terra caducas.
Cōcepit lachrymas ac uenis perbibit imis
Quas ubi fecit aq̄s: uacuas emisit in auras
Inde petens rapidū ripis decliuibꝰ equor.
Marsia nomī hꝫ. phrygie liq̄dissimꝰ amnis
Talibus exemplis redit ad p̄sentia dictis.
Vulgus. et extinctū cū stirpe āphiona lugꝫ
Mater in inuidia ē. hāc tūc quoq̄ dicit̄ unꝰ
Flesse pelops: humeroq̄ suas a pectoē pꝰq̄
Deduxit uestes. ebur ostendisse sinistro.
Cōcolor huic humerꝰ nascēdi tēpore dextro
Corporeusq̄ fuit. manibꝰ mox cesa patrīis.
Mēbra ferunt iunxisse deos. alijsq̄ repertis
Qui locus ē iuguli medius. summiq̄ lacerti
Defuit. impositū est non cōparentis in usū.
Partis ebur fcōq̄ pelops fuit integer illo.
Finitimi proceres coeūt. urbesq̄ propinque.
Orauere suos ire ad solacia reges.
Argosq̄. et sparte. pelopeiadesq̄ mycene.
Et nōdū torue calydon inuisa diane.
Orchomēosq̄ ferax. et nobil' ere corinthos
Messeneq̄ ferox. patereq̄ humilesq̄ cleone
Et nelea pylos. nec adhuc pyttheia troezen
Queq̄ urbes alie bimari clandūt̄ ab istmo
Exteriusq̄ site bimari spectātur ab isthmo.
Credere qs possꝫ sole cessatis athene.
Obstitit officio bellum. subiectaq̄ ponto
Barbara cecropios terrebāt agmina muros
Threi eius tereus hec auxiliaribus armis
Fuderat. et clarum uincēdo nomē habebat.
Quē sibi pandion opibusq̄ uirisq̄ potentē
Et genus a magno ducentem forte gradiuo
Cōnubio prognes iunxit. nō p nuba iuno.
Non hymeneus adest illi non gratia lecto
Eumenides tenuere faces de funere raptas.
Eumenides strauere torū. tectoq̄ pphanꝰ
Incubuit bubo. thalamiq̄ in culmine sedit.
Hac aue cōiuncti progne tereusq̄. parētes
Hac aue sunt facti. gratata ē scilicet illis
Thracia. diisq̄ ipsis grates egere. diemq̄.
Quaq̄ data ē claro pandione nata tyrāno.
Quaq̄ erat ortus itys festū iussere uocari.
Vsq̄adeo latet utilitas. iam tempora titan
Quinq̄ p autūnos repetitis duxerat āuis.
Cum blandita uiro progne si gratia dixit.
Vlla mea est. uel me uisendam mitte sorori
Vel soror huc ueniat. rediturā tempore puo
Promittes socēo mg̃ni mihi mūeris instar
Germanā uidisse dabis. iubet ille carinas
In freta deduci. ueloq̄ et remige portus
Cecropios intrat. pireaq̄ littora tangit.
Vt primū soceri data copia dextera dextre
Iūgitur. infausto cōmittitur ordine sermo
Ceperat aduentus causas mandata referre.
Cōiugis. ⁊ celeres misse spondere recursus.
Ecce uenit diues magno philomena patu.
Diuitior forma. quales audire solemus
Naiadas. ⁊ dryadas medijs incedere syluis
Si modo des illis cultus. similesq̄ paratus.
Nō secus exarsit conspecta uirgine tereus
Quā si quis canis ignē supponat aristis.
Aut frōdē. positasq̄ cremet fenilibꝰ herbas.
Digna quidē facies. sed et hūc ī nata libido
Extimulat. pronūq̄ genus regionibus illis.
In uenerem ē. flagrat uicio gentisq̄ suoq̄
Impetus est illi comitum corrumpere curā
Nutricisq̄ fidem nec nō ingentibus ipsam.
Sollicitare datis totūq̄ impendere regnum
Aut rapere. et seuo raptam defendere bello
Et nihil ē quod non effreno captus amore.
Ausit. nec capiunt inclusas pectora flāmas.
Iāq̄ moras malefert. cupidoq̄ reuertit̄ ore
Ad pgnes mādata. et agit sua uota sub illa
Facūdū faciebat amor: quociensq̄ rogabat
Vlterius iusto. prognem ita uelle ferebat.

Addidit et lacrimas · tāq̄ mandasset et illas
Proh superi quantum mortalia pectora cece
Noctis habēt · ipso sceleris molimine tereus
Creditur esse pius · laudemq; crimine sumit
Quid qd̄ idē philomela cupit? p̄riosq; lactis
Blanda tenēs hūeros · ut eat uisura sororem
Perq; suam cōtraq; suam petit usq; salutē
Spectat eam tereus · p̄contrectatq; uidēdo
Osculaq; · et collo circūdata brachia cernēs
Omnia ꝓ stimulis · facibusq; · ciboq; furoris
Accipit · et quotiēs amplectitur illa parētem
Esse parēs uellet · neq; em̄ minus īpius eēt
Vincit̄ amboꝝ genitor p̄ce · gaudet · agitq;
Illa patri g̃tes · et successisse duabus
Id putat infelix · quod erat lugubre duabꝫ
Iam labor exiguus phebo restabat · equiq;
Pulsabant pedibus spaciū declinis olympy
Regales epule mensis · et bacchus in auro
Poītur · hinc placido dant̄ sua corpa somno
At rex odrysius · q̄uis secessit ab illa.
Estuat: et repetēs faciē · motusq; · manusq;.
Qualia uult fingit · q̄ non dū uidit · et ignes
Ipse suos nutrit · cura remouēte soporem:
Lux erat · et generi dextrā complexus euntis
Pandion · comitē lachrimis ɔmendat abortis
Vt uoluere ambe · uoluisti tu quoq; thereu.
Hāc ego care gener · qm̄ pia causa coegit
Do tibi pq; fidē · cognataq; pectora supplex
Per superos oro · patrio ut tuearis amore.
Et mihi sollicito lenimē dulce senecte tas
Quā p̄mū (oīs erit nobis mora lōga) r̄mit/
Tu quoꝫ q̄ꝫ p̄mū · satis est ꝓcul esse sororem
Si pietas ulla est ad me philomela redito.
Mandabat pariterq; sue dabat oscula nate
Et lachrime mites inter mandata cadebant
Vt fidei pignus dextras utrasq; poposcit.
Inter seq; datas iunxit · natamq; nepotēq;
Absentes ꝓ se memori rogat ore salutent
Supremūq; uale pleno sinlgultibus ore
Vix dixit · timuitq; sue presagia mentis.
Vt simul īposita est picte philomela carine
Admotūq; fretum remis · tellusq; r̄pulsa est
Vicimus exclamat · mecū mea uota ferūtur
Exultatq; · et uix animo sua gaudia differt
Barbarus · et nusquā lumē detorquet ab illa
Non aliter q̄ cū pedibus predator aduncis
Deposuit nido leporem iouis ales ab alto
Nulla fuga ē capto · spectat sua p̄mia raptor
Iamq; iter effectū · iāq; in sua littora fessis
Puppibus exierāt · cū rex pādione natā tis
In stabula alta trahit siluis obscura uetus/
Atq; ibi pallētē · trepidāq; · et cūcta timentē
Et iā cū lacrimis ubi sit germana rogātem
Includit · fassusq; nefas · et uirginē et unam
Vi superat frustra clamato sepe parente
Sepe sorore sua · magnis sup̄ omnia diuis.
Illa tremit uelud agna pauēs · q̄ saucia cani
Ore excussa lupi non dum sibi tuta uidetur
Vtq; colūba suo madefactis sanguīe plumis
Horret adhuc · auidosq; timet qbꝫ heserat ū.
Mox ubi mens rediit · passos laniata capil
Lugēti silis cesis plangore lacertis gues
Itēdēs palmas · o diris barbare factis los
O crudelis ait · nec te mandata parētis
Cū lacrimis mouere pijs · nec cura sororis
Nec mea uirginitas · nec cōiugalia iura.
Omnia turbasti · pellex ego facta sororis.
Tu geminus ɔiūx · hostis mihi · debita pena
Quī aīaꝫ hāc · ne qd̄ facinus t̄ perfide restet
Eripis · atq; utinam fecisses ante nefandos
Cōcubitus · uacuas habuisseꝫ crimīs ūbras
Si tn̄ hoc superi cernunt · si numina diuum
Sunt aliquid · si nō perierunt omnia mecū.
Quādocūq; mihi penas dabis · ip̄a pudore
Proiecto tua facta loqnar · si copia detur
In populos uemā · si siluis clausa tenebor.
Implebo siluas · et conscia saxa mouebo
Audiat hoc ether · et si deus ullus in illo est
Talibus ira feri postq̄ commota tyranni.
Nec minor hac metꝰ ē · cā stimulatꝰ utraq;
Quo fuit accinctus uagina deripit ensem.
Arreptāq; coma flexis post terga lacertis
Vincla pati cogit · iugulū philomela pabat
Spemq; sue mortis uiso conceperat ense.
Ille indignātē · et nomen patris usq; uocātē
Luctātēq; loqui · ɔprēsam forcipe linguam

Abstulit ense fero. radix micat ultia lingue
Ipsa iacz. terreqz tremēs immurmurat atre
Vtqz salire solet mutilate cauda colubre.
Palpitat. et moriēs domine uestigia querit
Hoc quoqz p9 facin9. uix ausim credē. ferr
Sepe sua lacerum repetisse libidine corpus.
Sustinet ad prognē post talia facta reuerti
Coniuge que uiso germanam querit. at ille
Dat gemit9 fictos. cōmētaqz funera narrat
Et lachryme fecere fidē uelamina progne.
Diripit ex humeris auro fulgentia lato.
Induiturqz atras uestes. et mane sepulcrū
Constituit. falsisqz piacula manibus infert
Et luget non sic lugende fata sororis.
Sig̃ deus bis sex acto lustrauerat anno dit
Quid faciat philomela? fugā custodia clau
Structa rigēt solido stabulorū menia saxo.
Os mutū facti caret indice. grande doloris
Ingeniū est. miserisqz uenit solertia rebus
Stamina barbarica suspendit candida tela
Purpureasqz notas filis intexuit albis
Indicium sceleris. perfectaqz tradidit uni.
Vtqz ferat domine gestu rogat. illa rogata
Pertulit ad prognē nec scit qd tradat ī illis
Euoluit uestes seui matrona tyranni.
Fortuneqz sue carmen miserabile legit.
Et mirū est potuisse. silet. dolor ora repressit
Verbaqz querēti satis indignantia lingue
Defuerant nec flere uacat. sed fasqz nefasqz
Confusura ruit. peneqz in imagine tota est
Tēp9 erat. quo sacra solēt trieterica bacchi
Sithonie celebrare nurus. nox cōscia sacris
Nocte sonat rhodope tinnitibus eris acuti.
Nocte sua est egressa domo regina. deiqz
Ritibus instruitur. furialiaqz accipit arma.
Vite caput tegitur. lateri ceruina sinistro
Vellera depēdēt humero leuis īcubat hasta
Concita per siluas turba comitante suarum
Terribilis progne. furijsqz agitata doloris.
Bacche tuas silāt ueīt ad stabula auia tādē
Exululatqz. ehoeqz sonat. portasqz refringit.
Germanāqz rapit. rapteqz insignia bacchi.
Induit. et uultus hederarū frōdibus abdit.

Attonitamqz trahens intra sua menia ducit
Vt sensit tetigisse domū philomela nefandā
Horruit infelix. totoqz expalluit ore
Nacta locū progne sacrorū pignora demit
Oraqz deuelat misere pudibunda sororis.
Amplexumqz petit sed nō attollere cōtra
Sustinet hec oculos pellex sibi uisa sororis.
Deiecto in humum uultu iurare uolenti.
Testariqz deos. per uim sibi dedecus illud
Illatū. pro uoce manus fuit. ardet. et iram.
Nō capit ipsa suam progne. fletūqz sororis
Corripiēs nō ē lachymis hoc inquit agēdū.
Sed ferro. sed si quid hēs. qd uincere ferr.
Possit. in oē nefas ego me germana paui.
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo
Artificem medijs immittā terea flāmmis.
Aut līguā aut oclos. et q̄ tibi mēbra pudorē.
Abstulerāt. ferro rapiā. aut p uulnera mille
Sontē animā expellā. mg̃nū ē qdcūqz paui
Quid sit adhuc dubito pagit dū talia pgne
Ad matrē ueniebat itys. quid possit ab illo
Admonita est. oculisqz tuēs immitibꝫ. ah q̄
Es similis patri dixit. nec plura locuta
Triste parat facinus. tacitaqz exestuat ira
Vt tamen accessit natus. matriqz salutem
Attulit. et paruis adduxit colla lacertis.
Mixtaqz blandicijs puerilibꝫ oscula iunxit.
Mota qdē ē genitrix. infractaqz cōstitit ira.
Inuitiqz oculi lachrymis maduere coactis.
Sed simul ut nimia mentem pietate labare.
Sensit. ab hoc iterū ē ad uult9 uersa sororis
Inqz uicē spectās ābos. cur admonet inquit
Alter blandicias? rapta silet altera lingua?
Quā uocat h mr̄em? cur nō uocat illa sororē
Cui sis nupta uide pandione nata marito.
Degeneras. scelus ē pietas in cōiuge tereo.
Nec mora. traxit itym: ueluti gāgētica cerue
Lactantē fetū per siluas tigris opacas.
Vtqz domus alte partē tenuere remotam
Tendētemqz manus. et iam sua fata uidētē.
Et mater mater clamantē. et colla petētem.
Ense ferit progne lateri qua pectus adheret.
Nec uultū uertit. satis illi ad fata uel unum.

Vulnꝰ erat. iugulū ferro philomela r̄soluit
Viuaq; adhuc. aīeq; aliqd retinētia mēbra
Dilaniat pars inde cauis exultat aenis.
Pars uerubꝰ stridet. manāt penetralia tabo
His adhibet cōiunx ignaꝝ terea mensis
Et patrij moris sacrum mētita: quod uni
Fas sit adire uiro. comites faūlosq; r̄mouit
Ipse sedens solio tereus sublimis auito
Vescit̄. inq; suam sua uiscera cōgerit aluū.
Tātaq; nox aī est. itym huc accersite dixit.
Dissimulare nequit crudelia gaudia ꝓgne:
Iamq; sue cupiens existere nuncia cladis
Intus hēs (quod poscis) ait. circunspicit ille
Atq; ubi sit q̄rit. querēti iterumq; uocanti.
Sicut erat sparsis furiali cede capillis
Prosiluit. itysq; caput philomela cruentum
Misit in ora pr̄is. nec tempore malluit ullo
Posse loqui. et meritis testari gaudia dictis
Thracius ingēti mensas clamore repellit
Vipereasq; ciet stygia de ualle sorores
Et modo si posset reserato pectore diras
Egerere inde dapes. emersaq; uiscera gestit
Flet mō. seq; uocat bustum miserabile nati.
Nunc sequitur nudo genitas pādione ferro
Corpa cecropidum pennis pendere putares
Pendebāt pēnis. q̄ꝝ petit altera siluas dis
Altera tecta subit. neq; adhuc de pectore ce
Excessere note. sig̃taq; sanguine pluma est.
Ille dolore suo. peneq; cupidine uelox
Vertitur in uolucrē cui stāt in uertice criste.
Prominet immodicū ꝓ lōga cuspide rostꝝ
Nomē epops uolucri. facies armata uidetur
Hic dolor āte diem. lōgeq; extrema senecte
Tempa tartareas pandiona misit ad ūbras
Sceptra loci r̄ꝝq; capit moderamē erichteꝰ
Iusticia dubiū est. ualidis ne potētior armis
Quattuor ille qdē iuuenes. totidēq; crearat
Feminee sortis. ꝫ erat par forma duaꝝ
E quibus eolides cephalus te coniuge felix
Procri fuit. boree tereus thracesq; nocebāt
Dilectaq; diu caruit deus orithya.
Dū rogat: et p̄cibus mauult q̄ꝫ uiribus uti.
Ast ubi blanditijs agitur nihil. horridus ira
Que solita est illi nimiumq; domestica uēto
Et merito dixit. quid em̄ mea tela reliquis?
Seuiciā. et uires. irāq; animosq; minaces?
Admouiq; p̄ces. quarum me dedecet usus?
Apta mihi uis est. hac tristia nubila pello
Hac freta concutio. nodosaq; robora uerto
Induroq; niues. et terras grādine pulso
Idē ego cum fr̄es celo sum nactus aperto
Nā mihi cāpus is est. tāto molimine luctor
Vt medius nr̄is cōcursibus insonet ether.
Exiliantq; cauis elisi nubibus ignes
Idē ego cum subij conuexa foramina terre
Supposiuq; ferox imis mea terga cauernis
Sollicito manes. totumq; tremoribus orbē.
Hac ope debuerā thalamos petijsse. socerq;
Nō orādus erat mihi. ꝫ faciēdus erichtheus
Hec boreas aut his non inferiora locutus
Excussit pēnas. quaꝝ iactatibus omnis
Afflata est tellus. latūq; perhorruit equor.
Puluereāq; trahēs ꝑ sūma cacumina pallā
Verrit humū. pauidamq; metu caligine tec
Orithyiā adamās fuluis ꝯplectit̄ alis tus
Dū uolat. arserunt agitati fortius ignes
Nec prius aerij cursus suppressit habenas
Quā ciconū tenuit populos et menia raptor
Illic et gelidi coniunx actea tyranni
Et genitrix facta est. ꝑtuq; enixa gemellos
Cetera qui mr̄is. pēnas genitoris habebant
Nō tam̄ has memorāt una cū corpe natas.
Barbaq; dū rutilis aberat subnixa capillis.
In plumas calaisq; puer zetusq; fuerunt.
Mox pariter pēne ritu cepere uolucrum
Cingere utrūq; latus. pariter flauescē male
Ergo. ubi concessit tempus puerile iuuēte.
Vellera cum minyis nitido radiantia uillo
Per mare non notum p̄ma petiere carina.

Finit Liber Sextus Publij Ouidij.

Publij Ouidij Nasonis Metamor
phoseos Liber Septimus Incipit

Amoq; fretū minyae pagasea puppe secabāt
Perpetuaq; trabēs mopē sub nocte senectā
Phinc9 usus erat: iuuenesq; aq̄lone creati.
Virgineas uolucres miseri seīs ore fugarāt
Multaq; perpessi claro sub iasone. tandem.
Cōtigerāt rapidas timosi phasidos undas
Dūq; adeūt regē: phryxeaq; uelleā poscūt
Voxq; dat minyis mḡnox horrēda laborū
Concipit interea ualidos eetias ignes.
Et luctata diu: postq̄ ratione furorem.
Vincere nō poteāt: frustra medea ꝓpugnas
Nescio q̄s de9 obstat ait: mirūq; quid hoc ē
Aut aliq̄d certe simile huic q̄ amaē uocat?
Nā cur iussa prīs mimiū mihi dura uidētur?
Sūt quoq; duā nīs? cur quē mō deīq; uidi
Ne pereat timeo? quc ē tanti causa timoris?
Excute uirgineo cōceptas pectore flāmas:
Si potes infelix. si possem: sanior essem?
Sed trahit inuitā noua uis: aliudq; cupido:
Mens aliud suadet uideo meliora: proboq;:
Deteriora sequor. q̄d ī hospitē regia uirgo
Vretis? et thalamos aliem concipis orbis?
Hec quoq; ēra pōt q̄d aēs uaē uiuat an ille
Occidat in dijs ē. uiuat tamen: idq; ꝓcari:
Vel sine amore licet. quid enī cōmi īt iason
Quē misi crudelem nō tāgat iasonis etas?
Et genus? et uirtus? quē nī (ut cetera desint)
Ore mouē poteſt? certe mea pectora mquit:
At misi opem tulero: taurorū afflabitur ore:
Concurretq; sue segetis tellure creatis
Hostibo: aut auido dabit feta ꝑda draconi.
Hoc ego si patiar. tūc me de gurde natam:
Tūc ferꝝ et scopulos gestaē ī corde fatebor
Cur nō et specto pereūtem? oculosq; uidēdo
Considero? cur nō tauros exhortor ī illum?
Tertigenasq; feros? insopitūq; draconem?
Dij meliora uelint: q̄q̄ non ista precanda:
Sed faciēda mihi ꝑdā ne ego rḡna pntis?
Atq; ope nescio quis seruabitur aduēa nīas
Vt per me sospes sine me det limina uentis:
Virq; sit alterius: pene medea relinquar?
Si facere hoc: aliā ue pōt ꝓponere nobis
Occidat ingratus. sed nō is uultus in illo
Nō ea nobilitas animo ē: ea grātia forme:
Vt timeā fraudem: meritiq; obliuia nostri.
Et dabit ante fidē. cogamq; in federa testas
Esse deos. q̄d tuta times? accingere. et oēm
Pelle moram tibi se semper debebit iason.
Te face solenni iunget sibi. perq; pelasgas
Seruatrix urbes matrīi celebrabere turba
Ergo ego germanā fratrēq; patrēq; deosq;
Et natale solum uentis ablata relinquam?
Nēpe pater seuus. nēpe ē mea barbā tellus
Frater adhuc infans. stāt mecū uota sororis
Maxim9 ītra me de9 ē. nō magua relinquā
Magna sequar. titulū seruate pubis achiue
Noticiāq; loci melioris. et oppida. quorum
Hic quoq; fama uigz. cultusq; artesq; uiroꝝ
Quēq; ego cū rebo. q̄s tot9 possidet orbis
Aesonīden mutasse uelim. quo cōiuge felix.
Et dijs cara ferar. et uertice syderea tangam.
Quid q̄ nescio qui medijs īcurrere in ūdis
Dicūtur mōtes fratribusq; inimica charibdis
Nūc sorbere fretūs nūc reddēs cinctaq; seuis
Scylla rapax cambo siculo latrare ꝑfūdos
Nēpe tenēs q̄d amo greīoq; ī iasonis hereſ
Per freta lōga ferar. mihi illū āplexa tiebo.
Aut si quid metuā. metuā de coniuge solo.
Cōiugiū ne putas? speciosaq; nomina culpe.
Impotis medea tue? quin aspice quantū. v
Aggrediare nefas. et dū licet. effuge crimē
Dixit. et ātē oculos rectū. pietasq; pudoꝝq;
Cōstiterāt. et victa dabat iam terga cupido
Ibat ad antiquas hecates perseidos aras.
Quas nem9 ūbrosū secretaq; silua tegebat:
Et iam fractus erat. pulsusq; resederat ardor
Cū uidet esonidē. extinctaq; flamma reluxit
Et rubuere gene. totoq; recanduit ore.
Vt solet a uentis alimēta resumere queq;:
Parua sub inducta latuit scintilla faulla.
Crescere. et ī ueteres agitata rsurgere uires
Sic iam lemis amor. iā quē lāguere putares.
Vt uidit iuuenem. specie presentis marsit.
Et casu solito formosior esone natus.
Illa luce fuit. posses ignoscere amanti.
Spectat. et in uultu tamq̄ tūc demiq; uiso

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1928217079/phys_0059

Lumina fixa tenet: nec se mortalia demẽs
Ora uidere putat. nec se declinat ab illo.
Vt uero cepitq; loqui. dextramq; prehendit
Hospes. et auxiliũ summissa uoce rogauit.
Promisitq; tot. lachrimis ait illa profusis.
Quod faciã uideo. nec me ignorãtia ueri
Decipiet. ꝟ amor. seruabere munere nr̃o.
Seruatus ꝓmissa dato. per sacra triformis
Ille dee. lucoq; foret quod numen in illo
Perq; prẽm soceri cernẽtem cuncta futuri
Euẽtusq; suos. et tanta pericula iurat
Creditus accepit cantatas ꝓtinus herbas
Edidicitq; usum. letusq; in tecta recessit.
Postera depulerat stellas aurora micantes.
Cõuenũt populi sacra mauortis in aruum
Cõsistũtq; iugis. medio rex ipe resedit tno
Agmine purpureus. sceptroq; ĩsignis ebur
Ecce adamanteis uulcanũ naribus efflant
Eripedes thauri. tactuq; uaporibus herbe
Ardẽt. utq; solent plenti resonare camini
Aut ubi terrena filices fornace soluti
Cõcipiũt ignẽ liquidaq; aspergine aquarum
Pectora sic intus clausas uoluẽtia flammas
Gutturaq; usta sonãt. tamẽ illis esone natus
Obuius it. uertere truces uementis ad ora
Terribiles uultus. prefixaq; cornua ferro
Puluereũq; solum pede pulsauere bisulco.
Fumificisq; locum mugitibus impleuere
Diriguere metu subito minye. ille nec ullos
Sensit anhelatus. tãtũ medicamina possunt.
Pendulaq; audaci mulcet palearia dextra.
Suppositosq; iugo põdus gue cogit aratri
Ducere. et insuetũ ferro ꝓscindere campũ.
Miratur colchi. minye clamoribus augẽt
Adiciũtq; animos. galca tũ sumpsit ahena
Vipereos dẽtes. et aratos sparsit in agros
Semia mollit hum9. ualidoo ptincta ueneno
Et crescũt. fiuntq; sati noua corpora dentes.
Vtq; hominis specie materna sumit in aluo
Perq; suos intus numeros cõponitur infans
Nec nisi maturus communes exit in auras
Sic ubi uisceribus grauide telluris imago
Effecta est hominis. feto. cõsurgit in aruo.
Qõq; magis mirũ ẽ. sit edita cõcutit arma.
Quos ubi uiderũt pacute cuspidis hastas
In caput emonij iuuenis torqre parentes
Demisere metu uultumq; animũq; pelasgi.
Ipsa quoq; exanimit que tutũ fecerat illum.
Vtq; peti uidit iuuenem tot ab hostibo unũ
Pallut 7 subito sine sãguine frigida sedit:
Neue parũ ualeãt a se data gmina. carmen
Auxiliare canit. secretasq; aduocat artes
Ille guem medios silicẽ iaculatus in hostes
A se depulsum martem conuertit in ipos
Terrigene pereunt p mutua uulnera frẽs.
Ciuiliq; cadũt acie. gratantur achiui
Victorẽq; tenẽt. auidisq; amplexibus herẽt
Tu quoq; uictorem cõplecti barbara uelles
Obstitit incepto pudor. et cõplexa fuisses
Sed te ne faceres tenuit ruerẽtia fame.
Quod licet. affectu tacito letaris. agisq;
Carminibus gtes. et dijs autoribus horum.
Peruigilem supest hbis sopire draconem.
Qui custa linguisq; tribus pfigmis. et uncis
Dẽtibo horrendus custos erat arboris auree
Hunc postq; sparsit lethi gmine succi.
Verbaq; ter dixit placidos facientia somnos
Que mare turbatũ. q flumina cõcta sistũt.
Sõnus ĩ ignotos oculos ubi uenit. et auro
Heros esonius potitur. spolioq; superbus
Muneris auctorẽ secum spolia altera portãs
Victor cecropios tetigit cũ cõiuge portus.
Aemonie matres ꝓ natis dona receptis
Grãdeuiq; ferũt patres. cõgestaq; flamma
Thura liquefacit. indutaq; cornibus aurum
Victima uota facit. sed abest gtãtibus eson
Iam propior leto. fessusq; senilibus annis
Tum sic esonides. o cui debere salutem
Confiteor coniunx. q̃q; mihi cuncta dedisti
Excessitq; fidẽ meritorum summa tuorum.
Si tñ hoc possis (qd ei nõ carmia possunt)
Deme meis annis. et demptos adde parẽti
Nec tenuit lacrimas. mota ẽ pietate rogãtis
Dissimilemq; animũ subijt pr̃ eta relictus
Nõ tam affectus tales ofessa. quod inquit
Exidit ore tuo. iunx scelꝰ. ergo ego cuq;

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1928217079/phys_0060

Posse tue uideor spaciū trāscribere uite?
Nō sinat hoc hecate. nec tu petis eq̄. sed isto
Quod petis expiat maius dare mun9 iason
Arte mea soceri longum tentabimus euum
Nō annis renouare tuis. mō diua triformis
Adiuuet. et presens ingentibus ānuat ausis:
Tres aberant noctes. ut cornua tota coīrēt
Efficerentq; orbem: postq; pleniſſima fulſit
Et solida terras aſpexit imagine luna.
Egreditur tectis uestes induta recinctas
Nuda pedē. nudos humeris infusa capillos
Fertq; uagos medie per muta silētia noctis
Incomitata gradus. hoīes uolucresq; ferasq;
Soluerat alta ges. nullo cū murmure serpēs
Sopito similis nullo cum murmure serpit.
Immotesq; silent frondes: silet humidus aer
Sydera sola micāt: adque sua brachia tēdēs.
Ter se conuertit. ter sumptis flumine crinē
Irrorauit aquis. termis et hiatibus ora.
Soluit. et in dura summisso poplite terra.
Nox ait arcanis fidiſſima: queq; diurnis
Aurea cum luna succeditis igmbus aſtra.
Tuq; triceps hecate. que ceptis cōscia nris.
Adiuttrixq; uenis: cantusq; artesq; magorū:
Queq; magos tellus pollētibo īſtruis herbis
Aureq;. et uenti. montesq;. amnesq;. lacusq;:
Dijq; oēs nemorū: dijq; oēs noctis adeſte.
Quorū ope cū uolui ripis mirātibus amnes
In fontes rediere suos: concuſſaq; ſiſto.
Stantia cōcutio cantu freta. nubila pello.
Nubilaq; induco. uentos abigoq;: uocoq;
Vipereas rumpo uerbis et carmine fauces
Viuaq; saxa: sua conuulſaq; robora terra
Et siluas moueo: iubeoq; tremiſcere mōtes.
Et mugire solum. manesq; exire sepulcris.
Te quoq; luna trahō. cuiſ temerata laboreſ
Aera tuos minuāt. curr9 quoq; carmīe nro
Pallent. et pallet noſtris aurora uenenis
Vos mihi taurorū flāmas hebetaſtis. 7 unco
Haud patiēs oneris collū preſſiſtis aratro
Vos serpentigenis in se noua bella dediſtis.
Cuſtodemq; rudē somno sopiſtis. et aurum:
Vindice decepto gradas miſiſtis in urbes
Nūc op9 ē sucis. per quos renouata seneā9
In florē redeat. primoq; recolligat annos
Et dabitis. neq; enī micuerūt sidera fruſtra
Nec fruſtra uolucr tract9 ceruice draconū
Curr9 ad ē. aderat demiſſ9 ab etherē curr9
Quo sil' aſcendit frenataq; colla draconū
Permulſit manibusq; leues agitauit hēnas
Sublimis rapit. subiectaq; theſſala tempe
Deſpicit. et cretis regionibus applicat āgueſ
Et quas oſſa tulit. quasq; alt9 pelion herbaſ
Othriſq; 7 pindus q̄s pindo maior olymp9
Perſpicit. et placitas partim radice reuellit
Partim succidit curuamine falcis ahene
Multa quoq; eridani placuerūt gemma ripis
Multa quoq; aphrysi. nec eras īmunis empeu
Nec non peneus. nec non sparchiades unde
Cōtribuere aliq̄d. iuncoſaq; littora phebes
Carpſit. et euboica uiuax anthedone gmen
Nondum uulgatum mutato corpore glauci
Nona dies illam curru permiſq; draconum
Nonaq; nox omnes luſtrantē uiderat agros
Cū rediit. nec erāt tacti miſi ore dracones
Et tamen annoſe pellem poſuere senecte
Conſtitit aduersus citra limenq; foreſq;
Et tantum celo tegitur. refugitq; uirules
Contactus. statuitq; aras e cespite binas
Dextriore hecates. at leua parte iuuente
Has ubi verbenis siluaq; imanxit agreſti
Haud procul egeſta scrobibus tellure duabo
Sacra facit. cultroſq; i guttura uelleris atri
Conijcit. et patulas perfudit sanguine foſſas
Tū super iuergens tepidi carcheſia lactis
Alteraq; imergens liquidi carcheſia mellis
Verba simul fūdit. terrenaq; numina lenit
Vmbrasq; rogat rapta cū cōiuge regem
Ne properent artus aīa fraudare senili
Quos ubi placauit pōbuſq; et murmure lō
Esonis effectum proferri corpus ad aras
Juſſit. et in plenos reſolutū carmine sōnoſ
Examini similē ſtratis porrexit in hbis
Hīc procul esonē. procul hīc iubet ire miſtr
Et monet arcanis ocios ēmouer pphanos
Diffugiunt iuſſi. sparsis medea capillis

Bacchantum ritu flagrantes circuit aras
Multifidasq; faces in fossa sanguinis atra
Tingit: et infectas geminis accendit in aris
Terq; senē flāma. ter aq̄. ter sulphure lustra
Interea calido positum medicamen aheno
Feruet. et exultat. spumisq; tumētibus albet
Illic emonia radices ualle resectas
Seminaq;. et flores. et succos īquoq̄t atros
Adijcit extremo lapides oriente petitos
Et quas oceani refluum mare lauit arenas
Addidit exceptas lune sub nocte pruinas
Et strigis in fames ipsis cū carnibus alas
Inq; uirum soliti uultus mutare ferinos
Ambigui prosecta lupi. nec defuit illi dry
Squammea cinyphei tenuis mēbrana chely
Viuacisq; iecur cerui. quibus insup̄ addit
Ora caputq; nouē cornicis secula passe
His et mille aliis postq̄ sine nomine rebus
Propositum īstruxit mortali barbara mun9
Arenti ramo iam pridem mitis oliue
Omnia confudit. fūmisq; īmiscuit ima
Ecce uetus calido uersatus stipes aheno
Fit uiridis primo. nec longo tempore frōdes
Induit. et subito grauidis oneratur oliuis
At quacūq; cauo spumas eiecit aheno
Ignis: et in terram gutte cecidere calentes
Vernat hum9 floēsq; ⁊ mollia pabl'a sugūt
Que simulac uidit stricto medea recludit
Ense senis iugulum. ueteremq; exire cruorē
Passa replet succis. quos postq̄ cōbibit esō
Aut ore acceptos ā uulnere. barba comeq;
Canicie posita nigrum rapuere colorem
Pulsa fugit macies. abeunt pallorq; situsq;
Abiectoq; caue supplentur corpore ruge
Membraq; luxuriant. eson miratur. et olim
Ante quater denos nūc se reminiscitur ānos
Viderat ex alto tanti miracula monstri
Liber: et āmonit9 iuuenes nutricibus ānos
Posse suis reddi. capit hoc a colchide mun9
Neue doli cessent. odiū cum cōiuge falsum
Phasias assimulat. pelieq; ad limīa supplex
Cōfugit. atq; illā. quoniā g̃uis ipse senecta ē
Excipiunt nate: quas tēpore callida paruo
Colchis amicicie fallacis imagine cepit
Dumq; refert inter meritorū maxīa dēptos
Aesonis esse sit9. atq; hac in parte moratur
Spes est uirginibus pelia subiecta creatis
Arte suum pārili reuirescere posse parentē
Idq; petunt. preciūq; iubentsi ne fine pacissi
Illa breui spacio silet. et dubitare uidetur
Suspenditq; animos ficta grauitate rogātū
Mox. ubi pollicita est. quo sit fiducia maior
Muneris huius ait qui uestri maxim9 euo ē
Dux gregis īter oues. agn9 medicamīe fiet
Protinus innumeris effetus laniger annis
Attrahitur flexo circū caua tempora cornu
Cuius ut emonio marcencia guttura cultro
Fodit. et exiguo maculauit sanguine ferrū
Mēbra sil' pecudis ualidosq; uenefica succos
Mergit ī ere cauo. minuunt ea corpis artus
Cornuaq; exurunt. nec nō cū cornibus ānos
Et tener auditur medio balatus aheno
Nec mora balatum mirantibus exilit agnus
Lasciuitq; fuga. lactancia ubera querit
Obstupuere sate pelia. promissaq; postq̄
Exibuere fidem tum uero impensius instāt
Ter iuga phebꝰ eq̄s ī hibero flumīe mersis
Dēserat. et quarta radiancia nocte micabāt
Sydera. cum rapido fallax eecias igni
Imponit purū laticē et sine uiribus herbas
Iamq; neci similis resoluto corpore regem
Et cum rege suos custodes somnus habebat
Quē dederāt cant9 magiceq; potēcia lingue
Intrarant iusse cum colchide limina nate
Ambierātq; torū quid nūc dubitatis īertes
Strīgite ait gladios. ueterēq; haurite cruorē
Vt repleā uacuas iuuenili sanguine uenas
In m̄ anibus uestris uita est. etasq; parentis
Si pietas ulla est. nec spes agitatis inanes
Officium prestate patri. telisq; senectam
Exigite. et saniem coniecto emittite ferro
His ut queq; pia ē hortatibus īpia prima ē
Et ne sit scelerata. facit scel9. haud tamē ict9
Vlla suos spectare potest. oculosq; reflectūt
Cecaq; dant seuis auerse uulnera dextris
Ille cruore fluens. subito tamē alleuat art9

Semilacerq; toro tentat cōsurgere et inter
Tot medius gladios pallētia brachia tēdēs
Quid facitis nate. quis uos in fata parentis
Armat ait: cecidere illis animiq; manusq;
Plura locnturo cum uerbis guttura colchis
Abstulit. et calidis laniatum mersit ī undis
Que nisi penntis serpentibus isset in auras
Non exempta foret pene. fugit alta. superq;
Pelion umbrosum philiriaq; tecta: superq;
Othryn: et euentu ueteris loca nota cerābi
Hic ope nympharum sublatus in aera pēnis
Cum grauis infuso tellus foret obruta pōto
Deucalioneas effugit inobrutus undas
Eoliam pitagen a leua parte reliquit
Factaq; de saxo longi simulacra draconis
Ideumq; nemus. quo nati furta iuuencum
Occuluit liber falci sub imagine cerui
Quaq; pater choriti pua tumulat9 harena
Et quos mera nouo latratu terruit agros
Eurypyliq; urbem. qua cee cornua matres
Gesserūt. tūc cum discederet herculis agmē
Phebeamq; rhodon et iasilios telechinas
Quorum oculos ipso mutantes omnia uisu
Iuppiter exosus fraternis subdidit vndis
Transit et antique carchesia menia cee
Qua pater alcidamas placidā de corpe nate
Miraturus erat nasci potuisse columbam
Inde lacus hyries uidet. et cygneia tempe
Que subit9 celebrauit olor. nā phillius illic
Imperio pueri uolucresq; ferumq; leonem
Tradiderat doītos. taurū quoz uīcer̄ iussus
Vicerat. et stricto totiens iratus amore
Premia poscenti taurum suprema negauit
Ille indignatus cupies dare dixit. et alto
Desiluit saxo. cuncti cecidisse putabant
Factus olor niueis pendebat in aere pennis
At genitrix hyrie seruatum nescia flendo
Delituit. stagnumq; suo de nomine fecit
Adiacet his pleuron. in q̄ trepidantib; alis
Ophias effugit natorū uulneram combe
Inde calaurea lathoidos aspicit arua
In uolucrem uersi cū coniuge cōscia regis
Dextera cyllene ē ī q̄ cū matre menephron

Concubiturus erat seuarumm ore ferarum
Cephison procul hinc deflentem fata nepotis
Respicit in tumidā phocen ab apolline uersi
Eumeliq; domum lugentis in aere natam
Tandem uipereis ephyren pirenida pennis
Contigit. hic euo ueteres mortalia primo
Corpora uulgarūt pluuialibus edita fungis
Sed postq̄ colchis arsit noua nupta uenenis
Flagrātemq; domū regis male uidit. ntroz
Sanguine natorū perfunditur impius ensis
Vltaq; se mater male iasonis effugit arma
Hinc titaniacis ablata draconibus intrat
Palladias arces. que te iustissime phineu
Teq; senex peripha pariter uidere uolantes
Innixamq; nouis neptē poliphemonis alis
Excipit hanc egeus facto domandus ī uno
Nec satis hospiciū ē talami quoz fedē iūgit
Iamq; aderat theseus ꝓles ignara parēti
Qui ꝺtute sua bimarē pacauerat isthmon
Huius in exitium miscet medea. quod olim
Attulerat secum scythicis aconiton ab oris
Illud echidnee memorant edentibus ortum
Esse canis. specus est tenebrosa cecus hiatu
Est uia decliuis. per quam tirynthius heros
Restantem cōtraq; diem radiosq; micantes
Obliquantē oculos nexis adamāte cathenis
Cerberon attraxit. rapida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras
Et sparsit uirides spumis albēntibus agros
Has cōcresse putāt. nactasq; alimēta feracis
Fecundiq; soli uires cepisse nocendi
Que quia nascuntur dura niuacia cautē
Agrestes aconita uocant. ea coniugis astu
Ipse parens egeus nato porrexit ut hosti
Sūpserat ignara theseus data pocula dextra
Cum pr̄ ī capulo gladij cognouit eburno
Signa sui generis. facinusq; excussit ab ore
Effugit illa necē nebulis per carmina motis
At genitor (q̄q̄ letatur sospite nato)
Attonit9 tamen est geniti discrimine paruo
Cōmitti potuisse nefas. fouet ignibus aras
Muneribusq; deos implet. feriuntq; secures
Colla torosa boum uinctorum cornua uittis

Nullus ericthidis fertur celebracior illo
Illuxisse dies agitant cōuiuia patres
Et mediuz uulgus. nec non et carmina uino
Ingeniū faciente canūt. te maxima theseu
Mirata est marathon cretei sanguine tauri
Quodq; sua securus arat cromiona colonus
Munus opusq; tuū est. tellus epidauria p te
Clauigeram. uidit uulcani occumbere plem
Vidit et im mite cephisias ora procrusten
Cercionis letum uidit cerealis eleusis
Occidit ille senex magnis male uiribus us9
Qui poterat curuar trabes. et agebat ab alto
Ad terram late sparsuras corpora pinus
Tuthus ad alcithoen lelegia menia limes
Cōposito schirone patet. sparsisq; latronis
Terra negat sedem. sedē negat ossib9 unda
Que iactata diu fertur durasse uetustas
In scopulos. scopul nomē schironis iheret
Si titulos annosq; tuos numerare uelimus
Facta pmēt ānos pro te fortissime nota st9
Publica suscipim9 bacchi tibi sumim9 hau
Cōsonat assensu populi pcibusq; fauentum
Regia. nec tota tristis locus ullus ī urbe est
Nec tñ. usq; adeo nulla ē syncera uoluptas
Solicitumq; alliquid letis interuenit. egeus
Gaudia percepit nato secura recepto
Bella parat minos. qui q̄q̄ milite. q̄q̄
Classe ualet. patria tamē est firmissimus ira
Androgeiq; necez iustis ulciscitur armis
Ante tñ bello uires acquirit amicas rat
Quaq; patēt adit9. uolucri freta classe per/
Hic anapē sibi iūgit. et hic stymphalea reg
Promissis anapen. reg at stymphalea bello
Huic humilē miconē. cretosaq; rura thimoli
Florentemq; tyron. cypron. planāq; seriphō
Marmoreāq; paron. q̄q̄ īpia pdidit arnen
Sytonis accepto qd auara poposcerat auro
Mutata ē m auē. que nūc quoq; diligit aur
Nigra pedes nigris uelata monedula pēnis
At non olearos didineq; et senos et ādros
Et gyaros. nitideq; ferax paparethos oliue
Gnossiacas iuuere rates. latere inde sinistro
Oenopiam minos petit eacideia regna
Oenopiam ueteres appellauere. sed ipse
Aeacus eginam genitricis nouiue dixit
Turba ruit. tanteq; uirum cognoscere fame
Expetit. occurrunt illi telamonq; minorq;
Quā telamon peleus. et ples tercia phocus
Ipse quoq; egreditur tardus g̃uitate senili
Aeacus. et que sit ueniendi causa requirit
Admonitus patrii luctus suspirat et illi
Dicta refert rector populorum talia centum
Arma iuues oro pro nato suiupta. pieq;
Pars sit milicie. tumulo solacia posco
Huic asopiades petis irita dixit. et urbi
Non facienda mee. neq; enī cōiunctior ulla
Cecropidis hac est tellus. ea federa nobis
Tristis abit. stabūtq; tibi tua federa magno
Dixit. et utilius bellum putat esse minari
Quā gerere. atq; suas ibi pcōsumere uires
Classis ab enopijs eciam nunc lyctia muris
Spectari poterat. cum pleno cōcita uelo
Attica puppis ad ē. et portus intrat amicos
Que cephalum patrieq; sil mādata ferebat
Aeacide iuuenes longo post tempore uisum
Agnouere tñ cephalum. dextrasq; dederunt
Inq; patris duxere domū. spectabilis heros
Et ueteris retinens eciā nunc pignora forme
Ingreditur. ramūq; tenens popularis oliue
Et dextra leuaq; duos etate minores
Maior habet cliton et butē pallante creatos
Postq̄ congressi primi sua uerba tulerunt
Cecropide. cephal9 peragit mādata rogatq;
Auxilium. fedusq; refert. et iura parentum
Imperiumq; peti tocius achaidos addit
Sic ubi mandatam iuuit facundia causam
Aeacus in capulo regni nitente sinistra
Ne petite auxilium. sed sumite dixit athene
Nec dubie uires. q̄s hec dabit insula uestras
Dicite. et omnis eat rerū status iste mearū
Robora nō defūt. superat mihi miles. et hosti
Gracia dijs. felix et inexcusabile tempus
Immo ita sit cephal9 crescat tua ciuibꝰ opto
Vrbs ait. aduenīēs eq̄dem mō gaudia cepi
Cum tam pulchra mihi. tā par etate iuuēt9
Obuia processit. multos tamē inde requiro

Quos quondā uidi uestra p̄us urbē recept9
Aeacus ingemuit·tristiq; ita uoce locutus
Flebile principium melior fortuna secuta est
Hāc utinā uobis posse3 memorare·sine ullo
Ordīe n̄c repetā.neu lōga ābage morer uos
Ossa cinisq; iacēt memori quos mēte requis
Et quota pars illi rerum periere mearum
Dira lues populis ira iunonis inique
Incidit exose dictas a pellice terras
Dū uisum ē mortale malū.tanteque latebat
Causa nocēs cladis.pugnatū ē arte medēdi
Exitium superabat opes·uicteq; iacebant
Principio celum spissa caligine terras
Pressit.et ignauos inclusit nubibus estus
Dūq; quater plenis expleuit cornibus orbē
Luna·quater plenum tenuata retexuit orbē
Letiferis calidi spirarunt estibus austri
Constat et in fontes uicium uenisse.lacusq;
Miliaq; incultos serpentum multa per agros
Errasse.atq; suis fluuios temerasse uenenis
Strage canū p̄mo uolucrūq; auiūq; boūq3
Inq; feris subiti deprensa potentia morbi ē
Concidere infelix ualidos miratur arator
Inter opus tauros.medioq3 r̄cumbere sulco
Lanigeris gregibus balat9 dantibus egros
Sponte sua laneq; cadunt.et corpora tabēt
Acer equ9 quōdā magneq; ī puluere fame
Degenerat palme·ueterumq; oblit9 honor̄
Ad presepe gemit morbo moriturus inerti
Non aper irasci meminit.nec fidere cursu
Cerua·nec armentis incurrere fortibus ursi
Omnia langor habet silius agrisq; uijsq;
Corpora feda iacent·uiciātur odoribus aure
Mira loquar.non illa canes auideq; uolucris
Non cani tetigere lupi.dilapsa liquescunt
Afflatuq; nocent.et agunt contagia late
Peruenit ad miseros dāno g̃uiore colonos
Pestis.et ī magne dominat̄ membus urbis
Viscera torrentur primo flāmisq; fatiscunt
Indicium rubor est et luctus anhelitus igni
Aspera lingua tumet:tepidisq; arencia uētis
Ora patent.aureq; graues captantur hiatu
Non stratū·nō ulla pati uellamina possunt
Dura sed in terra ponunt precordia.nec fit
Corp9 hūo gelidū.s̄ hum9 de corpe feruet
Nec moderator adest.īq; ipōs seua medētes
Erumpit clades·obsuntq; auctoribus artes
Quo p̄pior quisq; est.seruitq; fidelius egro
In partem leti citius uenit·atq; salutis
Spes abijt·finemq; uident in funere morbi
Indulgēt animis.et nulla quid utile cura ē
Vtile enim nichil est·pessim positoq; pudor̄
Fontibus et fluuijs puteisq; capacibus herēt
Nec sitis est extincta prius.q̄ uita bibendo
Inde graues morbo neq̄ūt ɔsurgere.et ipsis
Inmoriuntur aq̄s.aliquis tn̄ haurit e3 illas
Tantaq; sunt mseris inuisi tedia lecti
Prosiliunt.aut si p̄hibent cōsistere uires
Corpa deuoluūt in humū.fugiuntq; penates
Quisq3 suos.sua cuiq; domus funesta uidet̄
Et quia causa latet·locus ē in crimine notus
Semianimes errare uijs dum stare ualtbāt
Aspiceres.flentes alios·terraq3 iacentes
Lassaq3 uersantes supremo lumina motu
Membraq3 pendentis tendunt ad sydera celi
Hic illic ubi mors deprenderat exhalantes
Quid mihi tūc animi fuit?ā quid debuit eē
Ni uitam odissem·et cuperē pars eē meor̄
Quo se cunq3 acies oculorū flexerat.illic
Vulgus erat stratū·ueluti cū putrida motis
Poma cadūt ramis.agitateq3 illice glandes
Tēpla uides ɔtra gradibus sublimia lōgis
Iuppiter illa tenet.quis non altaribus illis
Irita thura dedit?quociēs p̄ cōiuge cōiunx
Pro nato genitor dum uerba p̄cancia dixit
Non exoratis animam finiuit in aris?
In manu thuris pars inconsumpta repta ē
Admoti quotiens tēplis.dum uota sacerdos
Cōcipit·et fundit puruui inter cornua uinū
Haud expectato ceciderunt uulnere thauri
Ipse ego sacra ioui p̄ me patriaq3 tribusq3
Cum facerem natis mugitus uictima diros
Edidit·et subito collapsa sine ictibus ullis
Exiguo tīxit subiectos sanguīe cultros bi
Fibra quoz egra notas ueri monitusq; deor̄
Perdiderat·tristes penetrāt ad uiscēa mor

Ante sacros uidi proiecta cadauera postes
Ante ipsas. quo mors foret inuidiosior. aras
Pars animā laq̄o claudūt. mortisq; timorē
Morte fugant. ultroq; uocant uenientia fata
Corpora missa neci nullis de more feruntur
Funeribus. neq; enim capiebāt funera porte
Aut inhumata premūt terras. dant ī altos
Indotata rogos. et iam reuerentia nulla est
Deq; rogis pugnāt. alienisq; ignibus ardēt
Qui lachrymēt desunt. indefleteq; uagātur
Natorūq; matrūq; anime iuuenūq; senumq;
Nec loc9 ī tumlo ē. nec sufficit arbor ī ignes
Attonitus tanto miserarum turbine rerum
Juppiter o dixi. si te non falsa loquuntur
Isse sub āplexus quondam asopidos egine
Nec te magne pr̄ nostri pudet esse parentē
Aut m̄ r̄dde meos. á me quoz cōde sepulcro
Ille notam fulgore dedit tonitruq; secundo
Accipio. sintq; ista precor felicia mentis
Signa tue dixi. q̄ das mihi pignoris omen
Forte fuit iuxta patulis rarissima ramis
Sacra ioui quercus de semine dodoneo
Hic nos frugilegas aspexim9 agmine lōgo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes
Rugosoq; suum seruantes cortice callem
Dum numerū miror. totidē pater optī e dixi
Tu mihi da ciues. et inania menia supple
Intremuit. ramisq; sonū sine flamine motis
Alta dedit querc9. pauido m̄ mēbra timore
Horruerant. stabātq; come. tn̄ oscula terre
Roboribusq; dedi. nec me sperare fatebar
Sperabam tn̄. atq; animo mea uota fouebā
Nox subit. et curis exercita corpora somnus
Occupat. āte oculos eadē mihi querc9 adeē
Et rami totidem totidemq; animalia ramis
Ferre suis uisa ē pariterq; tremiscere motu
Graniferūq; agmē subiectis spargeř ī aruis
Crescer̄ quod subito maius maiusq; uidetur
Ac se tollere humo. rectoq; assistere trūco.
Et macieu numerūq; pedum nigrūq; colorē
Poner̄. ⁊ humanā mēbris inducere formā
Somn9 abit. dāno uigilās mea uisa. q̄rorq;
In superis opis eē nihil. at in edibus ingēs
Murmur erat. uocesq; hoīz exaudir̄ uidebar
Jā mihi desuetas. dū suspicor has quoz sōni
Esse. uenit thelamō ꝓper9. foribusq; reclusis
Speq; fideq; pater. dixit maiora uidebis
Egredē. egredior. q̄lesq; in imagine somni
Visus eram uidisse uiros ex ordine tales
Aspicio. noscoq; adeunt. regemq; salutant
Vota ioui soluo. populisq; recentibus urbē
Parcior. et uacuos priscis cultoribus agros
Mirmidonasq; uoco. nec origīe noīa fraudo
Corpora uidisti. mores quos ante gerebant
Nūc quoz habēt. pcū gen9 ē paciēsq; laboꝝ
Quesitiq; tenax. et quod quesita reseruet
Hi te ad bella pares annis animisq; sequēt̄
Cum primum qui te feliciter attulit eurus
Eurus em̄ attulerat. furi tmutat9 in austros
Talibus atq; aliis longū sermonibus illi
Impleuere diem. lucis pars optima mense
Est data. nox sōnis iubar aure9 extuleāt sol
Flabat adhuc eurus redituraq; uela tenebat
Ad cephalū pallante sati. cui grandior etas
Ad regē cephalus simul et pallante creati
Cōueniūt. ꝫ ad huc regē sopor alt9 habebat
Excipit eacides illos in limine phocus
Nā telamon fraterq; uiros ad bella parabāt
Phocus in interius spaciū pulchrosq; r̄cessus
Cecropidas duxit. cum qnis sil' ipse resedit
Aspicit eolidem ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum. cuius fuit aurea cuspis
Pauca prius mediis sermonibꝫ āte locut9
Sum nemorū studiosus ait. celisq; ferine
Qua tamē a silua teneas hastile recisum
Jandudum dubito. certe si fraxinus esset
Fulua colore foret. si cornus. nodus inesset
Vnde sit ignoro. sed non formosius isto
Viderunt oculi telum iaculabile nostri
Exipit attheis e fratribus alter. et usum
Maiorem specie mirabere dixit in isto
Cōsequitur quodcūq; petit. fortunaq; missuz
Non regit. et reuolat nullo referēte cruentū
Tum uero iuuenis nereius omnia querit
Cur sit. et unde datū. q̄s tāti muneris autor.
Que petit ille refert. et cetera nota pudore

Qua tulerit mercede silet. tactusq; dolore
Coniugis amisse lachrimis ita fatur abortis
Hoc me nate dea (q̄s possit credere?) telum
Flere facit. facietq; diu. si uiuere nobis
Fata diu dederint hoc me cum cōiuge cara
Perdidit hoc utinam caruissem munere sēp
Procris erat. si forte magis ꝑuenit ad aures
Orithyia tuas magne soror orithyie
Si faciem moresq; uelis conferre duarum
Dignior ipa rapi pr̄ hāc m̄ iunxit erichteus
Hanc mihi iunxit amor. felix dicebat. erāq;
Nō ita diis uisum ē. at nūc quoꝫ forsitā eēꝫ
Alter agebatur post sacra iugalia mensis
Cum me cornigeris tendentem recia ceruis
Vertice de summo semper florentis hymetti
Lutea mane uidet pulsis aurora tenebris
Inuitumq; rapit. liceat mihi uera referre
Pace dee. q̄ sit roseo spectabilis ore
Quod teneat lucis. teneat confinia noctis
Nectareis q̄ alatur aq̄s. ego ꝓcrin aābam
Pectore procris erat. procris mihi sēp in ore
Sac̄ tori coitusq; nouos talamosq; recētes
Primaq; deserti referebam federa lecti
Mota dea est. et siste tuas ingrate querelas
Procrin habe dixit. qd̄ si mea ꝓuida mēs ē
Non habuisse uoles. meq; illi irata remisit
Dum redeo. mecūq; dee memorata retracto
Esse metus cepit. ne iura iugalia coniunx
Non bene seruasset. facies etasq; iubebant
Credere adulteriū. ꝓhibebāt credere mores
Sed tamen abfuerā. sed ⁊ hec erat uñ redibā
Crimmis exemplū. ꝫ cūcta timem⁹ amātes
Querere qd̄ doleam statuo. domisq; pudicā
Solicitare fidem. fauet huic aurora timori
Immutatq; meam. uideor sensisse. figuram
Palladiasq; ineo non cognoscēdus athenas
Ingrediorq; domū. culpa dom⁹ ipa car̄bat
Castaq; sig̃ dabat. dñoq; erat anxia rapto:
Vix adit⁹ ꝑ mille dolos ad erichthida fact⁹
Vt uidi. obstupui. meditataq; pene reliqui
Tentamenta fide. male me quin uera faterer
Continui. male quin ut oportuit oscula ferrē
Tristis erat. sed nulla tamen formosior illa
Esse potest tristi. desiderioq; calebat
Coniugis arrepti. tu collige qualis in illa
Phoce decor fuerit. q̄ sic dolor ipe decebat
Quid referam quotiens tētamina nr̄a pudici
Reppulerint moēs? quociēs ego dixerit uni
Seruor ubicūq; est? uni mea gaudia seruo
Cui non ista fide satis experiencia sano no
Magna foret? nō sum cōtēt⁹. et ī mea pugl
Vulnera. dū cēsus dar̄ me ꝓ nocte paciscor
Muneraq; augendo tandem dubitare coegi
Exclamo mala pectora detego. tect⁹ adulter
Vetus eram cōiunx. me perfida teste teneris
Illa nihil: tacito tantum modo uicta pudoē
Insidiosa malo cum coniuge limina fugit
Offensaq; mei genus omne perosa uirorum
Montibus errabat studiis operata diane
Tum mihi deserto uiolentior ignis ad ossa
Peruenit. orabā ueniā. et peccasse fatebar
Et potuisse datis simili succumbere culpe
Me quoq; muneribus si munera tanta darēt
Hec mihi confesso lesum prius ulta pudorē
Redditur. et dulces cōcorditer exigit annos
Dat mihi preterea tanq̄ si praua dedissem
Dona canē munus. que cum sua traderet illi
Cynthia currendo superabit dixerat omnes
Dat sil̄ et iaculū. manib⁹ qd̄ cernis habere
Muneris alternis que sit fortuna requiris
Accipe mirandum. nouitate mouebere facti
Carmina naiades non intellecta priorum
Soluunt ingeniis. et precipitata iacebat
Immemor ambagum uates obscura suarum
Scilicet alma themis. nec talia liquit multa
Protinus aonus immissa est belua thebis
Cessit et exitio multis pecorumq; suoq;
Ruricole pauere feram. uicina iuuentus
Venimus. et latos indagine cinxim⁹ agros
Illa leui uelox supabat recia saltu
Summaq; transibat positarum lina plagaꝝ
Copula detrahitur canib⁹. quos illa sequētes
Effugit. et cetum non segnior alite ludit
Poscor et ipse meum consēsu lelapa magno
(Muneris hoc nomē) iā dud̄ uincla pugnat
Excutere ipse sibi. colloq; morancia tendit

Vix bene miss9 erat. nec iā poteram9 ubi eēt
Scire. pedum calid9 uestgia puluis habebat
Ipse oculis ereptus erat. non ocior illo
Hasta. nec exuto contorto uerbere glandes
Non gortiniaco calamus leuis erit ab arcu
Collis apex medij subiectis imminet aruis
Tollor ī hūc. capioq3 noui spectacula curs9
Quo mō deprendi. mō se subducere ab ipso
Vulnere uisa fera est. nec limite callida r̄cto
In spaciumq3 fugit. sed decipit ora sequentis
Et redit in girum. ne sit suus impetus hosti
Imminet hic. sequitnrq3 parem silisq3 tenēti
Non tenet. et uanos exercet in aere morsus
Ad iaculi uertebar opē. quod dextera librat
Dum mea. dū digitos amentis addere tento
Lumina deflexi. reuocataq3 rursus eodem
Retulerā. et medio (mir̄) duo marmoā cāpo
Aspicio. fugere hoc. illud latrare putares
Scilicet inuictos ambos certamine cursus
Esse deus uoluit. si quis deus affuit illis
Hactenus. et tacuit. iaculo qd̄ crimē ī ipso ē
Phocus ait: iaculi sic crimina reddidit ille
Gaudia principiū nostri sunt phoce doloris
Illa prius referam. iuuat o meminisse beati
Tēporis eacide. quo primos rite per annos
Coniuge eram felix. felix erat illa marito
Mutua cura duos. et amor socialis habebat
Nec iouis ulla meo talamos p̄ferret amori
Nec me q̄ caperet: nō si uenus ipsa ueniret
Vlla erat. equales urebant pectora flamme
Sole fere radiis feriente cacumina primis
Venatum in siluas iuueniliter ire solebam
Nec mecū famuli. nec equi nec naribꝫ acres
Ire canes. nec lina sequi nodosa solebant
Tutus eram iaculo. sed cum saciata ferine
Dextera cedis erat. repetebā frig9 et ūbras
Et (que degelidis exibat uallibus) auram
Aura petebatur medio mihi lenis in estu
Auram exspectabam requies erat illa labori
Aura (recordor enim) uenias cantare solebā
Meq3 iuues. intresq3 sinus g̃tissima nostros
Vtq3 facis reuelare uelis (q̄bꝫ urimur) est9
Forsitā addideri. sic me mea fata trahebant

Blandicias plures. et tu mihi mag̃ uoluptās
Dicere sum solitus. tu me reficisq3 fouesq3
Tu facis ut siluas ut amē loca sola. meoq3
Spiritus iste tuus semper capiatur ab ore
Vocibus ambiguis deceptam p̄buit aurem
Nescio quis. nomenq3 aure tā sepe uocatum
Esse putat nymphe. nīphā mihi credit aāri
Criminis extēplo ficti temerarius index
Procrin adit. linguaq3 refert audita susurra
Credula res amor est. subito collapsa dolor̄
Vt mihi narratur. cecidit. longoq3 refecta
Tempore se miseram. se fati dixit iniqui
Deq3 fide questa est. et crimine concita uano
Qd̄ nihil ē metuit. metuit sine corpe nomē
Et dolet infelix ueluti de pellice uera
Sepe tamē dubitat. metuitq3 miserrīa falli.
Indicioq3 fidem negat et nisi uiderit ipsa
Damnatura sui non est delicta mariti
Postera depulerant aurore lumina noctem
Egredior. siluasq3 peto. uictorq3 p herbas
Aura ueni dixi. nostroq3 medere labori
Et subito gemit9 niter mea uerba uidebar
Nescio quos audisse. ueni tn̄ optima dicens
Fronde leuem rursus strepitū faciēte caduca
Sum ratus esse feram. telumq3 uolatile misi
Procris erat. medioq3 tenēs ī pectore uuln9
Hei mihi cōclamat. uox ē ubi cōgnita fide
Coniugis ad uocem p̄ceps amensq3 cucurri
Semianimē et sparsas fedātē sāguine uestes
Et sua (me. miser̄) de uulnere dona trahentē
Inuenio. corpusq3 meo mihi carius ulnis
Mollibus attollo. scissaq3 a pectore ueste
Vulnera seua ligo. conorq3 īhibere cruorem
Neu me morte sua sceleratū deserat oro
Viribus illa carēs ⁊ iam moribunda coegit
Hec se pauca loqui. per nostri federa lecti
Perq3 deos supplex oro superosq3 meosq3
Per si quid merui de te bene. p̄q3 manentē
Nūc quoq3 cū peo causam mihi mortis aōrē
Ne thalamis auram patiare innubere nr̄is
Dixit. et errorem tum deniq3 nominis esse
Et sensi ⁊ docui. sed quid docuisse iuuabat
Labitur. et parue fugiūt cū sanguine uires

Dūz aliquid spectare p̄t. me spectat et ī me
Infelicem animā nostroq; exhalat in ore
Sed uultu meliore mori securā uidet̄ ecce
Flētibꝫ hec lachrimās heros memorabat. et
Aeacus ingreditur duplici cū prole. nouoq;
Milite. quē cephal9 cū fortibꝫ accipit armis

Publij Ouidij Nasonis Metamor-
phoseos Liber Octauus Incipit.

Am nitidū regēte diē noctisq; fugante
Tpa lucifero cadit eurus. et hūida surgūt
Nubila. dāt placidi cursum redeūtibꝫ austri
Aeacidis cephaloq; quibus feliciter acti
Ante exspectatū portus tenuere petitos
Interea minos lelegia littora uastat
Pretentatq; sui uires mauortis in urbē
Alchitoe. quā nisus habet. cui splēdid9 ostro
Inter honoratos medio de uertice canos
Crinis inherebat magni fiducia regni
Sexta resurgebant orientis cornua lune
Et pendebat adhuc belli fortuna. diuq;
Inter utrunq; uolat dubijs uictoria pennis
Regia turris erat uocalibus addita muris
In quibus auratam proles latonia fertur
Deposuisse lyram. saxo sonus eius inhesit
Sepe illuc solita est ascendere filia nisi
Et petere exiguo resonancia saxa lapillo
Tunc cum pax esset. bello quoꝫ sepe solebat
Spectare ex illa rigidi certamina martis
Jamq; mora belli procerū quoq; noīa norat
Armaq; equosq; hītusq; cydoneasq; phare
Nouerat āte alios faciē ducis europei tras
Plus eciam q̄ nosse sat ē. hac iudice minos
Seu caput abdiderat cristata casside pennis
In galea formosus erat. seu sumpserat ere
Fulgentem clipeū. clipeū sumpsisse decebat
Torserat adductis hastilia lenta lacertis
Laudabat uirgo iunctam cum uiribus artē
Impoītis calamis patulos sinuauerat arcus
Sic phebum sumptis iurabat stare sagittis
Cum uero faciem dempto nudauerat eere
Purpureusq; albi stratus insignia pictis
Terga p̄mebat eq̄. spumāciaq; ora regebat
Vix sua uix sane uirgo niseia compos
Mentis erat. felix iaculū. quod tangeret ille
Queq; manu p̄meret felicia frena uocabat
Impetus est illi (liceat modo) ferre p agmē
Virgineos hostile gradus. est impetus illi
Turribus e sūmis in gnossia mittere corp9
Castra. uel eratas hosti recludere portas
Vel si quid minos aliud uelit. utq; sedebat
Candida dictei spectans tentoria regis
Leter ait. doleā ne geri lachrymabile bellū
In dubio est. doleo q̄ minos hostis amāti ē
Sed nisi bella forēt. nunq̄ mihi cognit9 eēt
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obside. me comitē me pignus pacis haberet
Si que te peperit talis pulcherrime regum
Qualis es ipsa fuit. merito de9 arcet in illa
O ego ter felix. si pennis lapsa per auras
Gnossiaci possem castris insistere regis
Fassaq; me flāmasq; meas qua dote rogarē
Vellet emi. tantū patrias ne posceret arces
Nam pereant potius sperata cubilia. q̄ sim
Proditione potens q̄uis sepe utile uinci
Victoris placidi fecit clemencia multis
Justa gerit certe pro nato bella perempto
In causaq; ualet. causamq; tuentibus armis
(Vt puto) uincemur. q̄ si manet exit9 urbē
Cur suus hec illi referet mea menia mauors
Et non nr̄ amor? melius sine cede. moraq;
Impensaq; sui poterit superare cruoris
Nā metuo certe. ne quis tua pectora minos
Vulneret imprudēs. q̄s enim tā dir9. ut ī te
Dirigere immitem non īscius audeat hastā?
Cepta placent. et stat sentēcia tradere mecū
Dotalem patriam. finemq; imponere bello
Verum uelle parū ē. adit9 custodia seruat
Claustraq; portaꝝ geītor tenet. hūc ego solū
Infelix timeo. solus mea uota moratur
Dij facerēt sine patre forē. sibi q̄sq; ꝓfecto
Est deus. ignauis precibus fortuna r̄pugnat
Altera iandudum succensa cupidine tanto
Perdere gaudeēt quodcūq; obstaret amori
Et cur ulla foret me fortior. ire per ignes

Et gladios ausim. nec in hoc tñ ignibus ulr
Aut gladijs opus ē. opus ē mihi crine pr̄no
Ille mihi est auro precisior. illa beatam
Purpura me uotiq; mei factura potentem
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit. tenebrisq; audacia creuit
Prima quies aderat. qua curis fessa diurnis
Pectora somn9 hz. thalaōs taciturna pr̄nos
Intrat. et (heu facinus) fatali nata parentem
Crine suum spoliat. predaq; potita nefanda
Fert secum spolium celeris. ꝓgressaq; porta
Per medios hostes (meriti fiducia tanta ē)
Peruenit ad regem. quē sic affata pauentē
Suasit amor facinus. proles ego regia nisi
Sylla tibi trado patriam meosq; penates
Premia nulla peto. nisi te. cape pign9 amoris
Purpureū crinem. nec me nūc tradere crinē
Sed pr̄iū tibi (crede) caput sceleratacq; dextr̄
Munera porrexit. minos porrecta refugit
Turbatusq; noui respondit imagine facti
Dij te summoueant o nostri infamia secli
Orbe suo tellusq; tibi pontusq; negetur
Certe ego nō paciar iouis incunabula cretē
Qui meus ē orbis tantū cōtingere mōstrū
Dixit et ut leges captis iustissimus auctor
Hostibus imposuit. classis retinacula solui
Iussit. et eratas impleri remige puppes
Sylla freto postq̄ deductas nare carinas
Nec prestare ducem sceleris sibi p̄mia uidit
Cōsumptis precibus uiolentā trāsit in iram
Intendensq; man9 passis furibunda capillis
Quo fugis exclaāt meritoꝝ auctore r̄lictas
O patrie prelate mee. prelate parenti
Quo fugis immitis? cuius uictoria nr̄m? te
Et scel9 et meritū ē? nec te data muneā nec
Noster amor mouit. nec ꝙ spes oīs ī unum
Te mea cōgesta ē. nā quo deserta reuertar
In patriam. superata iacet. sed finge maner̄
Prodicione mea clausa ē mihi. patris ad ora
Que tibi donauit ciues odere merentem
Finitimi exēplū metuūt. obstruxim9 orbem
Terrarū nobis. ut crete sola pateret
Hāc quoq; si ꝓhibes. et nos ingr̄te relinq̄s

Non genitrix europa tibi ē. ꝫ ī hospita syrtis
Armenie ue tigres. austroꝫ agitā charybdis
Nec ioue tu natus. nec mater imagine tauri
Lusa tua est. generis falsa ē ea fabula. uerū
Et ferus et captus nullius amore iuuence
Qui te ꝓgenuit taurus fuit. exige penas
Nise pater. gaudete malis mō ꝓdita nostris
Menia (nam fateor) meruī. sū digna perire
Sed tamē ex illis aliquis. quos impia lesi
Me perimat. cur qui uicisti crimine nostro
Insequeris crimen? scel9 hoc patrieq; pr̄isq;
Officium tibi sit. te uero coniuge digna est
Que toruum ligno decepit adultera taurum
Discordēq; utero fetū tulit. ecquid ad aures
Peruenient mea dicta tuas? an inania uenti
Verba ferūt idemq; tuas ingrate carinas?
Iam iam pasiphaen (nou ē mirabile) taurū
Preposuisse tibi tu plus feritatis habebas
Me miserā. properare iuuat. diuulsaq; remis
Vnda sonat. mecūq; simul mea terra recedit
Nil agis o frustra meritorum oblite meorū
Insequar inuitū. puppimq; āplexa recuruā
Per freta lōga trahar. uix dixeāt. īsilit ūdis
Consequiturq; rates. faciente cupidine uires
Gnossiaceq; heret comes inuidiosa carine
Quam pater ut uidit (nā iā pendebat ī auris
Et modo factus auis fuluis alietus in alis)
Ibat ut herentem rostro lacerare adunco
Illa metu puppim dimisit. et aura cadentem
Sustinuisse leuis ne tangeret equora uisa ē
Pluma fuit. plumis ī auem mutata uocatur
Ciris. et a tonso ē hoc nomē adepta capillo
Vota ioui minos taurorū sanguine centum
Soluit. et egressus ratibus curecida terram
Contigit. et spoliis decorata est regia fixis
Creuerat obprobriū generis. fedūq; ptēbat
Matris adulterium mōstri nouitate biforis
Destinat hūc minos thalami r̄mouē pudorē
Multipliciq; domo cecisq; includere rectis
Dedalus ingenio fabre celeberrimus artis
Pomit op9 turbatq; notas. et limina flexu
Ducit in errorē uariaꝝ ambage uiaꝝ dis
Nō sec9 ac liq̄dis phrygius meādros in ū

Ludit. et ambiguo lapsu refluitq; fluitq;
Occurrensq; sibi uenturas aspicit undas:
Et nūc ad fontes. nūc ad mare uersus aptū
Incertas exercet aq̄s. ita dedalus implet.
In numeras errore uias. uixq; ipse reuerti
Ad limen potuit. tanta est fallacia tecti
Quo postq̄ geminā tauri iuuenisq; figurā.
Clausit. et atteo bis pastū sanguine mōstrū
Tercia sors ānis domuit repetita nouenis
Vtq; ope uirginea nullis iterata priorum
Janua difficilis filo est inuenta relicto.
Protiuus egides rapta minoide diam
Vela dedit. comitēq; suam crudelis in illo
Littore destituit. deserte et multa querenti:
Amplexusq; et opem liber tulit. utq; penni.
Sydere clara foret. sumptā de fronte coronā
Immisit celo. tenues uolat illa per auras
Dūq; uolāt gēme nitidos uertūtur in igues
Consistuntq; loco specie remanente corone:
Qui medius nixiq; genu ē anguēq; tenētis
Dedalus niterea creten longumq; perosus
Exilium. tactusq; loci natalis amore.
Clausꝰ erat pelago. tras licz (inqt) et ūdas
Obstruat. at celū certe patet: ibimus illac:
Omnia possideat nō possidet aera minos.
Dixit. et ignotas animū dimittit in artes:
Naturāq; nouat nā ponit in ordine pēnas.
A minima ceptas. lōgam breuiore sequētē
Vt cliuo creuisse putes: sic rustica quondā
Fistula disparibus paulatim surgit auenis
Tunc lino medias. et ceris alligat imas:
Atq; ita cōpositas paruo curuamine flectit
Vt ueras imitetur aues: puer icarus una
Stabat. et ignarus sua se tractare pericla
Ore renidenti mō quas uaga mouerat aura
Captabat plumas. flauam mō pollice cerā.
Mollibat. lusuq; suo mirabile patris
Impediebat opꝰ postq̄ manꝰ ultīa cepto
Imposita ē. geminas opifex librauit in alas
Ipse suum corpus. motaq; pependit in aura
Instruit et natū. medioq; ut limite curras
Icare (ait) moneo: ne si demissior ibis
Vnda grauet pēnas. si celsior ignis adurat.
Inter utrūq; uola: neu te spectare bootem.
Aut elicen iubeo. strictūq; orionis ensem.
Me duce carpe uiam. pariter p̄cepta uolādi
Tradit. et ignotas huēris accōmodat alas
Inter opꝰ monitusq; gene maduere seniles
Et patrie tremuē manꝰ. dedit oscula nato
Nō iterum repetenda suo. pennisq; leuatus
Ante uolat. comitiq; timet uelut ales ab alto
Que tenerā prolem produxit in aera nido
Hortaturq; sequi. damnosasq; erudit artes
Et mouet ipse suas. et nati respicit alas.
Hos aliqs tremula dū captat arūdīe pisces
Aut pastor baculo. stiueq; innixus arator
Vidit. et obstupuit. qq; etheā carpe possēt
Credidit esse deos. et iam iunonia leua
Parte samos fuerat: delosq; parosq; relicte
Dextra lebītos eāt: fecūdaq; melle calydne
Cum puer audaci cepit gaudere uolatu.
Deseruitq; ducem. celiq; cupidine captus
Altius egit iter. rapidi uicinia solis
Mollit odoratas pennarum uincula ceras
Tabuerāt cere. nudos quatit ille lacertos.
Remigioq; carens non ullas percipit auras
Oraq; cerulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua que nomen traxit ab illo
At pater infelix nec iam pater. icare dixit
Icare dixit ubi es? qua te regione requirā?
Icare dicebat. pennas aspexit in undis
Deuouitq; suas artes. corpusq; sepulcro
Condidit. et tellus a nomine dicta sepulti:
Hūc miseri tumulo ponentem corpore nati:
Garula ramosa prospexit ab ilice perdix
Et plausit pēnis. testataq; gaudia cantu ē
Vnica tūc uolucris: nec uisa prioribꝰ ānis:
Factaq; nup auis longū tibi dedale crimen
Nāq; hinc tradiderat fatorū ignara docēdā
Progeniem germana suam natalibꝰ actis.
Bis puerū senis animi ad precepta capacis:
Ille etiam medio spinas in pisce notatas
Traxit in exemplum. ferroq; incidit acuco
Perpetuos dentes. ⁊ serre repperit usum
Primus. et ex uno duo ferrea bracha nodo
Junxit ut equali spatio distantibus illis

Altera pars staret: pars altera duceret orbē.
Dedalus inuidit. sacraq; ex arce minerue
Precipitē misit lapsum mentitus. at illum.
Que fauet ingenijs excepit pallas auemq;
Reddidit. et medio uelauit in aere pennis.
Sed uigor ingenii quōdam uelocis in alas
Inq; pedes abijt. nomē quod et āte r̄mānsit
Nō tamē hec alte uolucris sua corpora tollit
Nec facit in ramis altoq; cacumine nidos.
Propter humū uolitat. poītq; in sepibꝫ oua
Antiquiq; memor metuit sublimia casus:
Iamq; fatigatum tellus etnea tenebat.
Dedalō. et sūptis ꝓ supplice crocalꝰ armis
Mitis habebatur. iam lamentabile athene:
Pendere desierāt thesea laude tributum
Templa coronātur bellatricēq; mineruam
Cū ioue dijsq; uocāt alijs quos sāguīe poto
Mūeribusq; datis et aceruis thuris honorat
Sp̄serat argolicas nom̄ uaga fama ꝑ urbes
Theseos: et populi quos diues achaia cepit
Huius opem magnis implorauere periclis.
Huius opē calydon: q̄uis meleagrō hēret
Sollicita supplex perijt prece. causa petendi
Sus erat infeste famulos uindexq; diaue
Oenea namq; ferunt plenis successibꝫ anni:
Primicias frugum cereri: sua uina lyeo:
Palladios flaue latices libasse minerue:
Ceptus ab agricolis superos ꝑuenit ad oēs
Ambiciosus honor: solas sine thure relictas
Preteritas cessasse ferūt latoidos aras.
Tangit et ira deos. at nō impune feremus:
Queq; inhonorate non et dicemur inulte.
Inquit: et eneos ultorem spreta per agros.
Misit aprū: quāto maiores herbida tauros
Nō habet epitus: s; hn̄t sicula arua mīores
Sāguīe et igne micāt ocli rig; horrida cuix
Et sete densis similes hastilibus horrent:
Stantq; uelut uallū uelut alta hastilia sete.
Feruida cū rauco latos stridore per armos.
Spuma fluit. dentes equātur dētibꝫ indis.
Fulmen ab ore uenit: frondes afflatibꝫ ardēt
Is modo crescētes segetes ꝓculcat in herba
Nunc matura metit fleturi uota coloni.

Et cererē in spicis intercipit. area frustra
Et frustra exspectāt ꝓmissas horrea messes
Sternūtur grauidi longo cū palmite fetus.
Baccaq; cum ramis semper frondētis oliue:
Seuit et ī pecudes. nō has pastor ue caīs ue
Nō armēta truces possunt defendere tauri.
Diffugiūt populi. nec se se in membꝫ urbis
Esse putant tutos: donec meleagros et una
Lecta manꝰ iuuenū caluē cupidīe laudis.
Tyndaride gemini prestātes cestibus alter
Alter equo: primeq; ratis molitor iason:
Et cum pirithoo felix concordia theseus:
Et duo thestiade: proles ephyreia toxeus
Plexippusq; ferox: teloq; īsignis achastus:
Et uelox ydas: et iā non feīa ceneus: nix
Hippotousq; dryasq; ⁊ cretꝰ amīrore phe
Actorideq; pares et missus ab elide pileus.
Nec telamō aberat: magniq; creator achill
Cumq; pheretiade et hiantheo iolao.
Impiger euntion: cursuq; inuictus ethion
Nariciusq; lelex: panopeus hyleusq; feroxq;
Hippasus: et p̄mis eciā nūc nestor in annis.
Et quos hippocoon antiquis misit amyclis
Penelopesq; socer cum parrasio anceo.
Amphitidesq; sagax: et adhuc a ꝯiuge tutꝰ
Oeclides: nemorisq; decus tegeealycei.
Venit athalātis cenei pulcherrima uirgo.
Rasilis hinc summā mordebat fibula uestē.
Crinis erat simplex nodū collectus in unū.
Ex humero pēdēs resonabat eburnea leuo:
Telorum custos: arcū quoq; leua tenebat.
Talis erat cultu facies: quā dicere uere.
Virgineā in puero: puerilē ī uirgine posses
Hāc ꝑiter uidit: pariter calydonius heros
Optauit renuente deo flammasq; latentes.
Hausit. et o felix si quē dignabitur inquit.
Ista uirum. nec plura sinit tēpusq; pudorq;
Dicē. maius opꝰ magni certaminis urget
Silua frequēs trabibꝫ: q̄ nulla cecideāt etas
Incipit a plano. deuexaq; prospicit arua
Quo postq̄ uenere uiri: pars retia tendunt
Vincula ꝑs adimūt canibus: ꝑs p̄ssa sequūt
Sigua pedū: cupiuntq; suū reperire ꝑiclum.

Concaua uallis erat. quo se dimittere riui
Assuerant pluuialis aque. tenet ima lacune
Lenta salix. ulueq; leues. iunciq; palustres
Viminaq;. et longe pua sub arūdine canne
Hinc aper excitus medios uiolētus ī hostes
Fertur. ut excussis elisus nubibus ignis
Sternitur incursu nemus. et ꝓpulsa fragorē
Silua dat. exclamāt iuuenes. ꝓtētaq; forti
Tela tenent dextra lato uibrantia ferro
Ille ruit spargitq; canes ut quisq; furenti
Obstat. et obliquo latrantes dissipat ictu
Cuspis echionio primum cōtorta lacerto
Vana fuit. trūcoq; dedit leue uuln9 acerno
Proxima si nimijs mittentis uiribus usa
Non foret in tergo uisa est hesura petito
Longius it. auctor teli pagaseus iason.
Phebe ait amphitides. si te coluiq; coloq;
Da mihi quod petitur certo cōtingere telo.
Qua potuit p̄cibꝰ dens ānuit. ictus ab illo ē
Sed sine uulnere aper. ferrūq; diana uolāti.
Abstulerat iaculo. lignū sine acumine uenit
Ira feri mota est. nec fulmine lenius arsit
Emicat ex ocul'. spirat quoq; pectoē flāmas
Vtq; uolat moles adducto concita neruo
Cū petit aut muros aut plenas milite turres
In iuuenes certo sic impete uulnificus sus
Ferr̄. et hippalemō pelagōaq; dextra tuētes
Cornua prosternit. socij rapuere iacentes.
At non letiferos effugit enesimus ictus.
Hipocoōte fatus. trepidātē et terga parātē
Vertere succiso liquerunt poplite nerui.
Forsitan et pilius citra troiana perisset
Tempa. sed sūpto posita conamīe ab hasta
Arboris insiluit. que stabat proxima ramis
Despexitq; loco tutus. quē fugerat hostem.
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis.
Imminet exitio. fidensq; recentibus armis
Orithie magni rostro femur hausit adunco
At gemini nondum celestia sydera fratres.
Ambo conspicui niue candidioribus ambo
Vectabantur equis. ambo uibrata ꝑ auras
Hastarū tremulo quatiebāt spicula motu
Vulnera fecissent. nisi setiger inter opacas

Nec iaculis isset nec equo loca peruia siluas
Prosequit̄ telamō: studioq; incautus eundi
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dū leuat hūc peleus. celerē tegeea sagittā.
Imposuit neruo. sinuatoq; expulit arcu.
Fixa sub aure feri sūmū destrinxit harundo
Corpus. et exiguo rubefecit sanguine setas
Vertitur in fontē q̄ nūc quoq; vallibus illis
Nom̄ habet domine · nig̃q; sub ilice manat
Fama noui centum creteas forsitan urbes
Implesset monstri. si non miracula nuper
Iphide mutato crete propiora tulisset
Proxima gnosiaco. nā quōdā phestia r̄gno
Progenuit tellus ignotū nomine ligdum
Ingenua de plebē uirum. nec census in illo
Nobilitate sua maior · sed uita fidesq;
Inculpata fuit · grauide qui cōiugis aures
Vocibus his monuit · cū iā prope ptꝰ adeēt
Que uoueā duo sūt mīmo ut releuer̄ dolore
Vtq; marem parias · onerosior altera sors ē
Et uires fortuna negat. qd̄ abominor ergo
Edita forte tuo fuerit si femina partu
Inuitus mando. pietas ignosce. necetur
Dixerat. et lachrimis uultum lauere profusis
Tā qui mandabat. q̄ cui mandata dabātur
Sed tamen usq; suū uanis telethusa maritū
Sollicitat p̄tibus. ne spem sibi ponat ī arcto

Certa sua est ligdo sentencia. iamq; ferendo
Vexerat illa grauem maturo pōdere uentrē
Cū medio noctis spacio sub imagine somni
Inachis ante torum pōpa comitata sacrorū
Aut stetit · aut uisa est · inerant lunaria fronti
Cornua cum spicis nitido flauentibus auro
Et regale decus. cum qua latrator anubis
Sanctaq; bubastis: uariisq; coloribus apis
Sistraq; erant nūq̄q; satis quesitus osiris
Quiq; premit uocem digitoq; silencia suadet
Plenaq; somniferis serpēs peregna uenenis
Tū uelut excussā somno et maīfesta uidentē
Sic affata dea est: pars o telethusa mearum
Pone graues curas: mandataq; falle mariti
Nec dubita. cum te partu lucina leuarit
Tollē qdquid erit. dea sū auxiliaris. opēq;
Exorata fero. nec te coluisse quereris
Ingratū numē · monuit: thalamoq; recessit
Leta toro surgit: purasq; ad sydera supplex
Cressa manus tollens rata sint sua uisa p̄cat̄
Vt dolor increuit. seq; ipsum pōdus ī auras
Expulit. et nata est ignaro femina patri
Iussit ali mater puerum mentita. fidemq;
Res habuit · neq; erat facti nisi cōscia nutrix
Vota pater soluit · nomenq; īponit auitum
Iphis auus fuerat. gauisa est nomine mater
Quod cōmune foret: nec quēq̄ falleret illo
Indecepta pia mendacia fraude latebant
Cultus erat pueri · facies quam siue puelle
Siue dares puero. fieret formosus uterq;
Tertius īterea decimo successerat annus
Cum pater iphi tibi flauā despōdet ianthen
Inter phestiadas que laudatissima forme
Dote fuit uirgo dicteo nata theleste
Par etas par forma fuit · primasq; magistris
Accepere artes elementa etatis ab iisdem
Hinc amor āboꝝ tetigit rude pectꝰ: et equū
Vulnus utriq; dedit · sed erat fiducia dispar
Cōiugium pacteq; exspectant tem pora tede
Quēq; uirū putat eē suū fore credit ianthe
Iphis aāt quo posse frui desperat. et auget
Hoc ipsum flāmas · ardetq; in uirgine uirgo
Vixq; tenēs lacrimas qs me manet exitꝰ iqt

Cognita quā nulli · quā prodigiosa · noueq̄
Cura tenet ueneris? si dij mihi parcē uellēt
Perdere debuerāt · si non et perdere uellent
Naturale malum saltē ⁊ de more dedissent:
Nec uaccā uacce · nec equas amor urit eq̄ꝝ.
Vrit oues aries. sequitur sua femina ceruū
Sic et aues coeunt · interq̄ animalia cuncta
Femina femineo correpta cupidine nulla ē.
Vellē nulla forem. ne nō tamē omnia crete:
Monstra ferat · taurum dilexit filia solis.
Femina nempe marem · meus ē furiosior illo
(Si uerū ꝓfitemur) amor. tam̄ illa secuta ē
Spem ueneris. tn̄ illa dolis ⁊ imagine uacce
Passa bouē ē · et erat qui decipetur adulter
Huc licet ex toto solercia confluat orbe.
Ipse licet reuolet ceratis dedalus alis.
Quid faciet? nū me puerū de uirgine doctis
Artibus efficiet? num te mutabit ianthe?
Quin animū firmas · teq̄ ipsa r̄colligis iphi
Consilijq̄ inopes ⁊ stultos excutis ignes
Quid sis nata uides. nisi te quoꝫ decipis ipāꝫ
Et pete qd̄ fas est · et ama quod femīa debes
Spes ē que capiat. spes ē que pascat amorē
Hanc tibi res adimit · non te custodia caro
Arcet ab amplexu. nec cauti cura mariti.
Non patris aspitas. nec se negat ipsa rogāti
Nec tamen est potienda tibi · nec ut oīa fiāt
Esse potes felix · ut dijq̄ hominesq̄ laborent
Nunc quoq̄ uotorū ps nulla est una meoꝝ
Dijq̄ mihi faciles quicquid ualuere dederūt
Quodq̄ ego. uult geītor · socer et uult ipe fu
At n̄ uult natura potētior oībꝫ istis turus
Que mihi sola nocꝫ · uenit ecce optabile tps
Luxq̄ iugalis adest · ⁊ iam mea fiet ianthe.
Nec mihi ꝯtinget · medijs sitiem⁹ in undis
Pronuba qd̄ iuno q̄d ad hec himenee ueītis
Sacra? qbꝫ qui ducat abē · ubi nubim⁹ ābe?
Pressit ab his uocem. nec lenius altera ꝟgo
Estuat. utq̄ celer uenias hymenee p̄catur
Qd̄ petit hec telethusa tim̄s mō tpa differt
Nunc ficto languore moram trahit. oīa sepe
Visaq̄ causatur. ꝫ iaꝫ cōsumpserat omnem
Materiam ficti dilataq̄ tempora tede

Institerant. unusq̄ dies restabat. at illa
Crinalem capiti uittam nateq̄ sibiq̄
Detrahit · ⁊ passis aram complexa capillis
I si pharetoniū mareoticaq̄ arua pharonq̄
Que colis. ⁊ septem digestū in cornua nilū
Fer precor inquid opē. nostroq̄ medere tiōri
Te dea te quōdam · tuaq̄ hec insignia uidi
Cunctaq̄ cognoui · sonitū · comitesq̄ · facesq̄
Sistroꝝ · memoriq̄ animo tua iussa notaui.
Quod uidet hec lucē. ꝙ nō ego punior ipsa
Consilium monitūq̄ tuū est · miserere duaꝝ
Auxilioq̄ iuua · lachryme sunt uerba secute
Visa dea est mouisse suas · ⁊ mouerat aras.
Et templi tremuere fores · imitataq̄ lunam
Cornua fulserunt · crepuitq̄ sonabile sistrū:
Nō secura quidem · fausto tamē omine leta
Mater abit tēplo sequitur comes iphis eūtē
Quā solita ē maiore gradu. nec candor ī ore
Permanet · ⁊ uires augentur · ⁊ acrior ipe ē
Vultus. et incomptis breuior mēsura capill'
Plusq̄ uigoris adest habuit q̄ femina. nā q̄
Femina nup eras · puer es. date munera tēpl'
Nec timida gaudete fide. dant munera tēpl'
Addūt et titulū · titul⁹ breue carmē habebat
Vota puer soluit: que femina nouerat iphis
Postera lux radijs totum patefecerat orbem
Cū uen⁹ ⁊ iuno sociusq̄ hymeneus ad ignes
Cōueniunt. potiturq̄ sua puer iphis ianthe:

Publij Ouidij Nasonis Metamor/
phoseos Liber Decimus Incipit.

Nde per immēsum croceo uelatus amictu.
Ethera digr̄ditur. ciconūq̄ himene⁹ ad oras
Tēdit · ⁊ orphea nequicq̄ uoce uocatur
Affuit ille quidem · sed nec solennia uerba.
Nec letos uultus. nec felix attulit omen
Fax quoq̄ q̄ tēuit lacrimoso stridula fumo
Vsq̄ fuit. nullosq̄ inuenit motibus ignes.
Exitus auspicio grauior. nā nupta ꝑ herbas
Dū noua naiadū turba comitata nagatur.
Occidit · in talum serpentis dente recepto.
Quā satis ad supas postq̄ rhodopei⁹ auras

Defleuit uates: ne non tẽtaret et umbras
Ad styga tenarea est ausus descẽdere portã
Per; leues populos. silacraq; fũcta sepulcro
Persephonen adijt: iamenaq; regna tenẽtẽ
Vmbrar̃ dñm: pulsisq; ad carmĩa neruis
Sic ait o positi sub terra numina mundi.
In quẽ decidimus qcquid mortale creamur
Si licet et falsi positis ambagibus oris
Vera loqui sinitis: nõ huc ut opaca uiderẽ
Tartara descendi. nec uti uillosa colubris
Terna medusei uincirem guttura monstri
Causa uie est cõiunx. in quã calcata uenenũ
Vipa diffudit: crescentesq; abstulit annos
Posse pati uolui. nec me tentasse negabo
Vicit amor. supera deus hic bñ notus ĩ ora ẽ
An sit et hic dubito. ꝫ et hic tñ auguror esse
Famaq; si ueteris ñ ẽ mẽtita rapine moris
Vos quoꝫ iũixit aõr. ꝑ ego hec loca plena ti/
Per chaos hoc ĩgens uastiq; silencia regni
Eurydices oro properata retexite fata
Omnia debentur uobis. palumq; morati
Serius aut citius sedem ꝓperamus ad unam
Tendim9 huc oẽs. hec ẽ dom9 ultima nosq;
Humani generis lõgissima regna tenetis
Hec quoq; cũ iustos matura peregerit ãnos
Iuris erit uestri: pro munere poscim9 usum
Quod si fata negant ueniã ꝓ cõiuge. certũ
Nolle redire mihi. leto gaudete duorum
Talia dicẽtem neruosq; ad uerba mouentẽ
Exangues flebant anime nec tantalus undã
Captauit refugam: stupuitq; ixionis orbis
Nec carpser̃ iecur uolucres. urnisq; uacarũt
Belides: inq; tuo sedisti sisyphe saxo
Tũc ꝑmũ lachrimis uictarũ carmĩe fama ẽ
Eumenidũ maduisse genas. nec regia cõiũx
Sustinet oranti (nec qui regit ima) negare
Eurydicenq; uocãt. umbras erat illa recẽtes
Inter. et ĩ cessit passu de uulnere tardo
Hãc sil̃ et legem rhodopei9 accipit orpheus
Ne flectat r̃tro sua lumina. donec auernas
Exierit ualles. aut irita dona futura
Carpitur accliuis per muta silencia trames
Arduus: obscurus: caligine densus opaca
Nec ꝓcul absuerãt telluris margine sũme
Hic ne deficeret metuens auidusq; uidendi
Flexit amãs oculos. et ꝓtin9 illa relapsa ẽ:
Brachiaq; intẽdẽs prendiq; et prẽdẽ captãs
Nil nisi cedentes infellix arripit auras
Iamq; iterũ moriens non est de cõiuge qcq̃
Questa suo. quid enĩ nisi se q̃reretur amatã
Supremumq; uale quod iam uix auribꝫ ille
Acciperet dixit. reuolutaq; rursus eodem est
Nõ alit̃ stupuit gemĩa nece cõiugis orpheus
Quã tria qui timid9 medio portante catenas
Colla canis uidit: quẽ nõ pauor ante reliquit
Quã natura prior saxo per corpus aborto
Quiq; in se traxit crimen: uoluitq; uideri
Olenus ipse nocens. tuq; o confisa figura
Infelix lethea tua. iunctissima quondam
Corpa nũc lapides quos humida sustinet idẽ
Orantem frustraq; iterum transire uolentem
Portitor arguerat. septem tamen ille diebus
Squalidus in ripa cereris sine munere sedit
Cura dolorq; aĩ lachrimeq; alimẽta fuerũt
Esse deos herebi crdeules questus in altam
Se recipit rhodopẽ. pulsũq; aq̃lonibꝫ hemũ
Tertius equoreis inclusum piscibus annum
Finierat tiran. omnemq; refugerat orpheus
Femineam uenerem. seu ꝙ male cesserat illi
Siue fidẽ dedeãt. multas tamẽ ardor habebat
Iungere se uati. multa doluere repulse
Ille eciam thracum populis. fuit auctor aõrẽ
In teneros trãsferre mares: citraq; iuuẽtam
Etatis breue uer et primos carpere flores
Collis erat: collemq; super planissima campi
Aera: quã uiridem faciebãt graminis herbe
Vmbra loco deerat. qua postq̃ parte resedit
Diis genitus uates: et fila sonantia mouit
Vmbra loco uenit: uõ chaoins abfuit arbor
Non nemus heliadũ. nõ frõdibꝫ esculꝰ altis
Nec tilie molles: nec fagus: et innuba laur9
Et coryli fragiles. et fraxinus utilis hastis
Enodisq; abies: curuataq; glandibus ilex
Et platan9 genialis: acerq; coloribꝫ imparr
Amnicoleq; simul salices: et aquatica lothos
Perpetuoq; uirens buxus: tenuesq; myrice.

Et bicolor mirtus. et baccis cerula ficus
Vos quoq; flexipedes hedere uenistis. et una
Pampinea uites. et amicte uitibus ulmi.
Ornique ⁊ picee pomoque onerata rubenti
Arbutus. ⁊ lente uictoris premia palme.
Et succincta comas hirsutaque uertice pinus
Grata deum matri. siquidem cybeleius atis
Exuit hac hominem truncoque induruit illo.
Affuit huic turbe metas imitata cupressus.
Nunc arbor. puer ante deo dilectus ab illo
Qui citharā neruis et neruis temperat arcū
Nāque sacer nymphis carthea tenētibꝰ arua
Ingens ceruus erat lateque patentibus altas
Ipse suo capiti prebebat cornibus umbras.
Cornua fulgebant auro. demissaque in armos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla sup frontem paruis argentea loris
Vincta moeubatur. pariliq; etate nitebant
Auribus e geminis circū caua tēpora bacce
Isq; metu uacuus naturaliq; timore
Deposito celebrare domos mulcēdaque colla
Quālibet ignotis manibus prebere solebat.
Sed tamen ante alios cee pulcherrime gētis
Gratus erat cyparisse tibi. tu pabula ceruū
Ad noua. tu liquidi ducebas fōtis ad undas
Tu modo texebas uarios per cornua flores
Nūc eques in tergo residēs huc letus et illuc
Mollia purpureis frenabas ora capistris.
Estus erat. mediusque dies. solisque uapore
Concaua littorei feruebant brachia cancri.
Fessus in herbosa posuit sua corpora terra
Ceruus. ⁊ arborea frigus ducebat ab umbra
Hūc puer imprudens iaculo ciparissus acuto
Fixit. et ut seuo morientem uulnere uidit.
Velle mori statuit. que non solacia phebus
Dixit: et ut leuiter pro materiaque doleret
Admonuit. gemit ille tamē. munusque sup̄mū
Hoc petit a superis ut tēpore lugeat omni.
Iamque per immensos egesto sanguine fletꝰ
In uiridem uerti ceperunt membra colorem
Et modo qui niuea pēdebant fronte capilli.
Horrida cesaries fieri. sumptoque rigore
Sydereum gracili spectare cacumine celum.

Ingemuit. tristisque deus lugebere nobis.
Lugebisque alios. aderisque dolentibꝰ inquit.
Tale nemus uates attraxerat. inque ferarum
Concilio medius turba uolucrumque sedebat
Vt satis impulsas tentauit pollice chordas.
Et sensit uarios (q̄uis diuersa sonarent)
Cōcordar̄ modos. hoc uocem carmīe mouit
Ab ioue musa harens. cedūt iouis oīa r̄gno
Carmina nr̄a moue. iouis ē mihi sepe ptās
Dicta. prius cecini plectro grauiore gigantes
Sparsaque phlegreis uictricia fulmina cāpis
Nūc opus est leuiore lyra. puerosque canamꝰ
Dilectos superis. inconcessisque puellas
Ignibus attonitas meruisse libidine penā.
Rex superū phrygij quondā ganimedis aōr̄
Arsit. et inuentū ē aliquid quod iuppiter eē
Quā quod erat mallet. nulla tamē alite uerti
Dignatur. nisi que portat sua fulmina terre
Nec mora percusso mendacibus aere pēnis
Abripit iliaden. qui nūc quoque pocl̄a miscet.
Inuitaque ioui nectar iunone ministrat:
Te quoq; amyclide posuisset ī ethere phebꝰ
Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
Qua licet eternꝰ tamen es. quotiēsque r̄pellit
Ver hyemem. piscisque aries succedit aquoso
Tu tociens oreris. uiridique nicespite flores.
Te meꝰ ante omnes genitor dilexit. et orbe
In medio positi caruerūt preside delphi.
Dum deus eurotan. īmunitamque frequētat
Sparten. nec cithare: nec sūt ī honor̄ sagitte
Immemor ipse sui non retia ferre recusat.
Non tenuisse canes. nō per iuga mōtis iniq
Ire comes. longaque alit assuetudine flāmas
Iamque fere medius titan uenientis. et acte.
Noctis erat. spacioq; pari distabat utriuq;
Corpora ueste leuant. et succo pinguis oliue
Splēdescunt. latiq; ineunt certamina disci
Quem prius aereas libratum phebꝰ ī auras
Misit. et oppositas disiecit pondere nubes.
Decidit insolidam longo post tempore terrā
Pondus. et exibuit iunctam cū uiribꝰ artē
Protinus imprudens actusq; cupidine lusus
Tollere tenarides orbem ꝓperabat. at illū

Dura repercusso subiecit in aere tellus
In uultus iacinthe tuos. expalluit eque
Quā puer. ipe deꝰ. collapsosq; excipit artꝰ:
Et mō te refouet. mō tristia uulnera siccat.
Nūc animā admotis fugiētē sustinet herbis
Nil ꝓsunt artes. erat īmedicabile uulnus.
Vt si quis uiolas riguoq; papauera ī horto
Liliaq; infringat fuluis herentia uirgis.
Marcida demittāt subito caput illa g̃uatū.
Nec se sustineāt. spectētq; cacumine terram
Sic uultus moriens iacet. et defecta uigore
Ipsa sibi ē oneri ceruix. humeroq; recūbit
Laberis ebalide prima fraudate iuuenta
Phebus ait. uideoq; tuū mea crimīa uulnꝰ
Tu dolor es facinusq; meū. mīa dextera leto
Inscribēda tuo ē. ego sum tibi funeris autor
Que mea culpa tamen? nisi si lusisse uocari
Culpa pōt? nisi culpa pōt et amasse uocari?
Atq; utinam pro te uitam tecumq; liceret
Reddere. quod quoniā fatali lege tenemur.
Semp eris mecū. memoriq; herebis in ore.
Te lyra pulsa manu. te carmīa nr̄a sonabūt
Flosq; nouꝰ scripto gemitꝰ imitabere nr̄os
Tēpus et illud erit. quo se fortissimꝰ heros
Addat in hunc florem. folioq; legatur eodē
Talia dum uero memorātur apollinis ore.
Ecce cruor. q̄ fusus humi signauerat herbas
Desinit esse cruor. tyrioq; nitentior ostro
Flos oritur. formāq; capit quam lilia. si non
Purpureus color his. argēteus esset in illis
Nō satis hoc phebo ē (is eī fuit auctor hōris)
Ipse suos gemitus foliis inscribit. et ia
Flos hz inscriptū: funestaq; littera ducta est
Nec genuisse pudet sparten iacinthon. hōrq;
Durat in hoc eui. celebrādaq; more priorum
Annua prelata redeūt iacinthia pompa
At si forte roges fecundā amathūta metall'
An genuisse uelit propethides annuat eque
Atq; illos. gemino quōdā qbꝫ aspera cornu
Frons erat. unde eciā nomē traxere ceraste.
Ante fores horū stabat iouis hospitis ara.
Lugubris sceleris. q̄ si q̄s sanguine tinctā
Aduena uidisset. mactatos crederet illic
Lactentes uitulos. amatusiacasq; bidentes.
Hospes erat cesus. sacris offensa nefandis.
Ipsa suas urbes ophiusiaq; arua parabat
Deserē alma uenꝰ. ꝫ q̄d loca g̃ta? q̄d urbes
Peccauere mee? quod dixit crimen in illis?
Exilio penam potius gens impia pendat.
Vel nece. uel siquid mediū ē mortisq; fugeq;
Idq; quid esse potest. nisi uerse pena figure?
Dū dubitat quo mutet eos ad cornua uultū
Flexit. et āmonita ē hec illis posse relinqui.
Grādiaq; ī toruos trāsformat mēbra iuuēcos
Sūt tamē obscene uenerē propetides ause
Esse negare deam. pro q̄ sua numinis ira
Corpa cum forma prime uulgasse feruntur
Vtq; pudor cessit. sanguisq; induruit oris
In rigidū paruo silicem discrimine uerse
Quas qr pygmalion euū ꝑ crimina agētes
Viderat offensus uitijs. que plurima menti
Feminee natura dedit. sine cōiuge celebs
Viuebat. thalamiq; diu cōsorte carebat
Interea niueum mira feliciter arte
Sculpsit ebur. formāq; dedit. q̄ femina nasci
Nulla potest. operisq; sui concepit amorem
Virginis est uere facies quā uiuere credas
Et si non obstet reuerentia uelle moueri.
Ars adeo latet. arte sua miratur. et haurit
Pectore pygmalion simulati coporis ignes
Sepe manus operi tētantes admouet. an sit
Corpꝰ: an illd̄ ebur: nec adhuc ebur eē fatet̄
Oscula dat. reddiq; putat: loq̄turq;. tenetq;
Et credit digitos membris insidere tactis:
Et metuit pressos ueniat ne liuor in artus.
Et mō blādicias adhibet. mō grata puellis
Munera fert illi conchas: teretesq; lapillos:
Et paruas uolucres: et flores mille colorū.
Lilia: perpictasq; pilas. et ab arbore lapsas
Heliadū lachryās: ornat quoq; uestibꝫ artꝰ
Dat digitis gēmas: dat lōga monilia collo
Aure leues bacce: redimicula pectore pēdēt:
Cūcta decēt. nec nuda minꝰ formosa uidet̄
Collocat hāc stratis cōcha sydonide tinctis.
Appellatq; tori sociam: acclinataq; colla
Mollibus in plumis tanq̄ sensura reponit

Festa dies ueneris totã celeberrima cypro
Venerat. et blandis induce coꝛnibꝰ aurum
Conciderant icte niuea ceruice iuuence.
Thuraq; fumabãt cũ munere ſũcꝰ ad aras
Cõſtitit. et timide. ſi diꝫ dare cũcta poteſtis
Sit cõiunx opto. non auſus eburnea uirgo
Dicẽ pygmalion. ſimilis mea dixit eburne.
Senſit ut ipſa ſuis aderat uenus aurea feſtis
Vota q̃d illa uelint. et amici numinis omẽ.
Flãma ter accenſa eſt apicẽq; p aera duxit.
Vt rediit. ſimulacra ſue petit ille puelle.
Incumbẽſq; toro dedit ꝫ oſcula. uiſa tepere ẽ.
Admouet os iterꝫ manꝫbꝰ quoq; pectoꝛa tẽtat
Tentatum molleſcit ebur. poſitoq; rigore
Subſedit digitis: ceditq; ut hymettia ſole
Cera remolleſcit. tractataq; pollice multas
Flectitur in facies. ipſoq; fit utilis uſu.
Dũ ſtupet. et dubie gaudet. falliq; ueretur.
Rurſꝰ amãs rurſuſq; manꝫ ſua uota ꝛtractat
Coꝛpus erat. ſaliunt tentate pollice uene.
Tum uero paphius pleiſſima cõcipit ꝛros
Verba. quibꝰ ueneri grates agit oraq; tãdẽ
Ore ſuo nõ falſa ꝓmit. dataq; oſcula uirgo
Senſit. et erubuit. timiduq; ad lumĩa lumẽ
Attollens pariter cum celo uidit amantem
Cõiugio quod fecit adeſt dea. iãq; coactis
Coꝛnibus in plenũ nouies lunaribꝰ oꝛbem
Illa paphũ genuit. de quo tẽt ĩſula nomẽ.
Editus hac ille eſt. qui ſi ſine prole fuſſet.
Inter felices dmiras potuiſſet haberi.
Dira canã. ꝑcul hinc nate ꝑcul eſte ꝓntes.
Vel mea ſi ueſtras mulcebũt carmĩa mẽtes
Deſit ĩ hac mihi pte fides. nec credite factũ
Vel ſi credetis. facti quoq; credite penam.
Si tamẽ admiſſum fimit hoc natura uideri.
Gentibus iſmarus et noſtro gratulor oꝛbi.
Gratulor huic ꝛre q̃ abeſt regionibꝰ illis.
Que tãtũ genuere nefas. ſit diues amomo.
Cinnamaq; coſtumq; ſuã ſudataq; ligno
Thura ferat. floreſq; alios pancaica tellus.
Dũ ferat et myrrhã. tãti noua nõ fuit ꝫ arboꝛ.
Ipſe negat nocuiſſe tibi ſu a ꝫ tela cupido.
Myrrha. faceſq; ſuas a crimine uẽdicat iſto
Stupite te ſtygio tumidiſq; afflauit echidnis
Et tribꝰ una ſoꝛoꝛ. ſcelus eſt odiſſe parentẽ
Hic amoꝛ ẽ odio maius ſcelus. ũdiq; lecti:
Te cupiunt ꝓceres. totoq; oꝛiẽte iuuẽtus:
Ad thalami certamẽ adeſt. ex ommbꝰ unũ.
Elige myrrha uirũ. duꝫ ñ ſit in ommbꝰ unꝰ
Illa quidem ſentit. fedoq; repugnat amoꝛi
Et ſecũ quo mẽte feroꝛ? quid moliоꝛ iquit?
Dũ ꝓcoꝛ et pietas ſacrataq; iura parentum
Hoc prohibere nefas. ſceleriq; reſiſtite nrõ:
Si tamẽ hoc ſcelus ẽ: ſed enĩ damnãẽ negãẽ
Hãc uenerẽ pietas. cœũtq; animalia nullo
Cetera delicto. nec habetur turpe iuuence
Ferre patrem tergo. fit equo ſua filia cõiunx
Qnaſq; creauit mit pecudes cap. ipaq; cuuſ
Semine concepta eſt ex illo concipit ales.
Felices quibus iſta licent: hũana malignas
Cura dedit leges. et quod natura remittit.
Inuida iura negãt. gẽtes tamẽ eſſe feruntur
In quibus et nato genitrix et nata parẽti
Jungitur. et pietas gemmato creſcit amoꝛe
Me miſeram q̃ nõ naſci mihi contigit illic
Fortunaq; loci leꝺoꝛ. quid in iſta reuoluoꝛ?
Spes interdicte diſcedite. dignus amari
Ille ſed ut pater eſt. ergo ſi filia magni
Non eſſem dmire. dmire cõcumbere poſſem.
Nũc quia iã meus ẽ. nõ ẽ meus. ipſaq; dãno
Eſt mihi proximitas. aliena potẽtioꝛ eſſem
Ire libet ꝓcul hinc: patrieq; relinquẽ fines
Dũ ſcelus effugiã. retinet malꝰ ardoꝛ amãtẽ
Vt ꝑſens ſpectẽ dmiram. tãgamq; loquaꝛq;
Oſculaq; admoueam. ſi mil cõceditur ultra:
Vltra autẽ ſperaẽ aliq̃d potes impia uirgo?
Et quod cõfundas et iura et nomina ſentis
Tu ne eris et mꝛis pellex et adultera ꝑis?
Tu ne ſoꝛoꝛ nati. genitrixq; uocabere frꝛis?
Nec metues ſacro crimitas angue ſoꝛores?
Quas facibus ſeuis oculos atq; ora petentes
Noxia coꝛda uident. at ꝫ tu dum coꝛpe nõ es
Paſſa nefas. animo ne cõcipe. neue potentis
Cõcubitu uetito nature pollue fedus.
Velle puta. tes ipa uetat. pius ille. meoꝛq;
Moꝛis. et o uellem ſumtis furoꝛ eſſet in illo.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1928217079/phys_0092

Dixerat. at ciniras. quē copia digna ꝓcoꝝ
Quid faciat dubitare facit scitatur ab ipsa
Nominibus dictis cuius uelit esse mariti:
Illa silet priuio. patriisq; in uultibꝰ herens
Estuat. et tepido suffundit lumina rore
Virginei ciniras hec credens esse timoris
Flere uetat. siccatq; genas. atq; oscla iūgit.
Myrrha datis nimiū gaudet. cōsultaq; q̄lē
Optet habere uiꝝ similem tibi dixit. at ille
Non intellectam uocem collaudat. et esto
Tam pia semp ait. pietatis nomine dicto.
Demisit uultus sceleris sibi cōscia uirgo.
Noctis erat mediū. curasq; et corpa somnꝰ
Soluerat. at uirgo cinireia peruigil igne
Carpitur indomito. furiosaq; uota r̄tractat
Et mō desperat. modo uult tentare: pudetq;
Et cupit. et quid agat n̄ inuenit. utq; securi
Saucia trabs īgēs ubi plaga nouissīa r̄stat
Quo cadat ī dubio est: oīq; a parte timetur
Sic animus uario labefactus uulnere nutat
Huc leuis atq; illuc. momētaq; sumit utroq;
Nec modus et r̄qes nisi mors repit̄ amoris
Mors placet. erigit̄. laq̄oq; īnectere fauces
Destinat. et zona summo de poste reuincta
Care uale cinira. causamq; intellige mortis.
Dixit. et aptabat pallenti uincula collo
Murmura uerboꝝ fidas nutricis ad aures.
Peruenisse ferunt limen seruantis alumne.
Surgit anus. reseratq; fores. mortisq; parate
Instrumēta uidens spatio cōclamat eodem
Seq; ferit. scinditq; sinus. ereptaq; collo
Vincula dilaniat. tum deniq; flere uacauit.
Tum dare cōplexus. laqueiq; r̄quirere cās:
Muta silet uirgo. terramq; immota tuetur.
Et deprensa dolet tarde conamina mortis
Instat anus. canosq; suos et inania nudans
Vbera p cunas. alimētaq; prima precatur.
Vt sibi cōmittat quicqd dolet. illa rogātē.
Auersata gemit. certa est exquirere nutrix
Nec solā spondere fidē. dic inquit. opemq;
Me sine ferre tibi. non est mea pig̃ senectus
Seu furor ē. hēo quod carmīe sanet et h̄bis
Siue aliquis nocuit. magico lustrabere ritu
Ira deum siue est. sacris placabimus iram.
Quid rear ulterius? certe fortuna domusq;.
Sospes ab incursu est. uiuit genitrixq; pr̄q;
Myrrha patre audito suspiria duxit ab ymo
Pectore. nec nutrix eciā nunc cōcipit ullum
Mēte nefas. aliquēq; tamen p̄sentit amorez
Propositiq; tenax quodcūq; est orat ut ipi
Indicet. et gremio lachrymantē tollit anili
Atq; ita cōplectens infirmis mēbra lacertis
Sēsimus īqt amas. et ī hoc m̄a. pone timorē
Sedulitas erit apta tibi. nec senciet unq̄m.
Hoc pr̄. exilijt gremio furibunda. torumq;.
Ore p̄mens discede p̄cor. miseroq; pudori.
Parce ait. instanti. discede. aut desine dixit
Querere qc doleā. scelus ē qd̄ scire laboras.
Horret anꝰ. tremlasz manꝰ ānisq; metuq;
Tēdit. et an̄ pedes supplex ꝓcūbit alumne
Et modo blāditur. modo si non conscia fiat
Terret. et indiciū laquei cepteq; minatur.
Mortis. et officiū cōmisso spondet amori.
Extulit illa caput. lacrimisq; īpleuit obortis
Pectora nutricis. conataq; sepe fateri
Sepe tenet uocez. pudibūdaq; uestibus ora
Texit. et o dixit felicem coniuge matrem.
Hactenꝰ. et gemuit. gelidos nutricis ī artꝰ
Ossaq; sensit eī. petrat tremor. albaq; toto
Vertice canicies rigidis stetit hirta capill̄
Mltaq;. ut excuteret diros. si posset. amores
Addidit. at uirgo scit se non falsa moneri.
Certa mori tamen est si nō potiatur amore.
Viue ait hec. potiere tuo. non ausa parente
Dicere conticuit. promissaq; numine firmat.
Festa pie cereris celebrabant annua matres
Illa quibus niuea uelate corpora neste.
Primicias frugū dant spicea serta suarum
Perq; nouē noctes uenerē tactusq; uiriles
In uetitis numerāt. turba cinireis in illa
Regis adest cōiūx. arcanaq; sacra frequētat
Ergo legitima uacuus dum cōiuge lectus.
Nacta g̃uē uino cinirā male sedula nutrix
Nomine mētito ueros exponit amores
Et faciem laudat. quesitis uirginis annis
Par ait ē myrrhe. q̄ postq̄ adducē iussa est

Vtq; domū redijt. gaude mea dixit alūna.
Vicimus. infelix non toto pectore sentit
Leticiam uirgo. presagaq; pectora merent:
Sed tamē et gaudet. tāta ē discordia mentis
Tēpus erat quo cūcta silēt. interq; triones
Flexerat obliquo plaustrum temone bootes
Ad facinus uenit illa suū. fugit aurea celo
Luna. tegunt nigre latitantia sydera nubes.
Nox caret igne suo. p̄mus tegis icare uult9
Erigoneq; pio sacrata parentis amore.
Ter pedis offēsi signo ē reuocata. ter omē
Funereus bubo letali carmine fecit.
It tn̄: et tenebre minuūt noxq; atra pudorē
Nutricisq; manum leua tenet. altera motu
Cecū iter explorat. thalami iā lumina tangit
Jāq; fores aperit. iam ducitur intus. at illi
Poplite succiduo genua intremuē. fugitq;:
Et color et sanguis. animusq; reliquit euntē
Quoz suo ꝓpior sceleri ē magis horrz. ⁊ ausi
Penitet: et uellet non cognita posse reuerti
Cunctātem longe ua manu deducit. et alto
Admotam lecto cum traderet. accipe dixit
Ista tua est cinira: deuotaq; corpora iunxit.
Accipit obsceno genitor sua uiscera lecto
Virgineosq; metus leuat. hortaturq; timētē
Forsitan etatis quoq; nomine filia dixit.
Dixit et illa pater sceleri ne nomina desint
Plena prīs thalamis excedit. et impia diro
Semina fert utero. cōceptaq; crimīa portat.
Postera nox facin9 geīat. nec finis in illa ē
Cū tandē ciniras auidus cognoscere amātē
Post tot concubitus illato lumine uidit
Et scelus et natam. uerbisq; dolore retentis
Pendenti nitidum uagina deripit ensem.
Mirrha fugit. tēbrisq; et cece mūere noctis
Intercepta neci est. latosq; uagata ꝑ agros
Palmiferos arabas panceaq; rura reliquit
Perq; nouem errauit redeūtis cornua lune
Cum tandem terra requieuit fessa sabea.
Vixq; uteri portabat onus: cum nescia uoti
Atq; inter mortisq; metus et tedia uite.
Est tales cōplexa preces. o si qua pateris
Numina confessis. merui: nec triste recuso
Supplicium: sed ne uiolem uiuosq; supstes
Mortuaq; extinctos. ambobꝫ pellite regnis
Mutateq; mihi uitamq; necemq; negate
Numē cōfessis aliquod patet. ultima certē.
Vota suos habuere deos. nā crura loquētis
Terra supueīt. ruptosq; obliqua ꝑ ungues
Porrigitur radix. longi firmamina trunci
Ossa ꝫ robur agūt. mediaq; manēte medulla
Sāguis it ī succos. ī mg̃nos brachia ramos
In paruos digiti. duratur cortice pellis.
Jāq; grauē crescēs uterū precinxerat arbor:
Pectoraq; obruerat. collūq; operire pabat
Nō tulit illa morā. uenientiq; obuia ligno
Subsedit. mersitq; suos in cortice uultus
Que q̄q̄q̄ amisit ueteres cum corpore sensus
Flet tamen. et tepide manāt ex arbore gutte
Est hōr et lachrīs. stillata q; cortice myrra
Nomen herile tenet. nulloq; tacebitur euo.
At male cōceptus sub robore creuerat infās
Querebatq; uiam qua se genitrice relicta
Exereret. media g̃uidus tumet arbore uēter
Tēdit on9 matrē. neq; hn̄t sua ꝟba dolores
Nec lucina potest parientis uoce uocari
Nitēti tamen est similis. curuataq; crebros.
Da geītus arbor lachrīsq; cadētibꝫ humet
Constitit ad ramos mitis lucina dolentes
Admouitq; manus. et ꝟba puerpera dixit.
Arbor agit rimas. et scisso cortice uiuum
Reddit on9. uagitq; puer quē mollibꝫ h̄bis
Naiades īpositū lachrymis unxere parentis
Laudaret faciem liuor quoq; qualia nanq;
Corpora nudorum tabula pingūtur amorū:
Talis erat. sed ne faciat discrimina cultus.
Aut huic adde leues. aut illi deme pharetras
Labitur occulte fallitq; uolatilis etas.
Et nihil est annis uelocius. ille sorore
Natus auoq; suo. qui cōditus arbore nuper
Nuper erat genitus. mō formosissim9 infās
Jam iuuenis. iā uir. iā se formosior ipo est
Jam placet et ueneri: mr̄isq; ulciscit ignes
Nāq; pharetratus dū dat puer oscula mr̄i.
Inscius extanti destrinxit harūdine pectus
Lesa manu natū dea reppulit. altius actū.

Vulnus erat specie. primoq; fefellerat ipsam
Capta uiri forma non iam cithereia curat
Littora: nō alto repetit paphō equoē cinctā
Piscosamq; gnidō. g̃uidāq; amatūta metall
Abstinet et celo. celo prefertur adonis.
Hūc tenz huic comes ē: assuetaq; sp in ūbra
Indulgere sibi. formamq; augere colendo.
Per iuga. p siluas. dumos et saxa uagatur
Vsq; genu uestem ritu succincta diane.
Hortaturq; canes. tuteq; animalia prede
Aut puos lepores aut celsum ī cornua ceruū
Aut agitat dāmas. at fortibꝫ abstinet apris
Raptoresq; lupos armatosq; unguibꝫ ursos
Vitat et armenti saturatos cede leones:
Te quoz ut hos timeas siqd ꝓdesse monēdo
Posset adoni monet. fortisq; fugacibꝫ esto
Inquit. in audaces non est audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius esse periclo
Neue feras. q̄bꝫ arma dedit natura. lacesse.
Stet tibi ne mg̃no tua gl̃a. nō mouet etas.
Nec facies. nec que uenerē mouere. leones
Setigerosq; sues. oculosq; animosq; ferarꝝ.
Fulmen habet acres in aduncis dentibꝫ apri
Impetus est fuluis et uasta leonibus ira.
Inuisumq; mihi genus est. que causa rogāti
Dicam ait et ueteris mōstrū mirabile culpe
Sed labor insolitus iam me lassauit. et ecce
Opportuna sua blanditur populus umbra.
Datq; torū cespes. libet hac requiescere tecū
Et requieuit humo. pressitq; et g̃mē et ipm
Inq; sinu iuuenis posita ceruice recliuis
Sic ait. ac medijs interserit oscula uerbis.
Forsitan audieras aliquā certamine cursus
Veloces superasse uiros. non fabula rumor
Ille fuit (superabat enim) nec dicere possis
Laude pedū forme ne bono prestantior esset
Scitanti deus huic de cōiuge. coniuge dixit
Nil opꝰ ē athalāta tibi. fuge cōiugis usum
Nec tamen effugies. teq; ipsa uiua carebis.
Territa sorte dei per opacas innuba siluas
Viuit. et instantē turbam uiolenta procorꝝ
Cōdicione fugat. nec sū potiēda nisi (inq̄t)
Victa prius cursu. pedibus cōtēdite mecū.

Premia ueloci cōiunx thalamiq; dabūtur:
Mors pretiū tardis. ea lex certaminis esto.
Illa quidē immitis. sed tanta potētia forme
Venit ad hanc legē temeraria turba ꝓcorꝝ
Sederat hippomenes cursus spectator iniqui
Et petitur cuiquam p tanta pericula cōiunx
Dixerat: ac nimios iuuenū dānarat amores
Vt faciem et posito corpus uelamine uidit.
Quale meū uel quale tuum si femina fias:
Obstupuit. tollēsq; manus ignoscite dixit.
Quos mō culpaui. nondū mihi p̄mia nota
Que peteretis erāt. laudando cōcipit ignem
Et nequis iuuenum currat uelocius optat.
Inuidiamq; timet. ꝫ cur certaminis huius
Intentata mihi fortuna relinqintur inqint:
Audentes deus ipse iuuat. dum talia secum
Exigit hippomenes. passu uolat alite uirgo
Que q̄q; scythica non segnius ire sagitta
Aonio nisa est iuueni. tamen ille decoris
Mirator magis ē. et cursus facit ipse decorē.
Aura refert ablata citis talaria plantis.
Tergaq; iactantur crines p eburnea. queq;
Poplitibus suberant picto genualia limbo:
Inq; puellari corpus candore ruborem
Traxerat. aut aliter q̄q cū super atria uelum
Cādida purpureū silem dat. et inficit umbrā
Dū nōt hec hospes. decursa nouissīa meta ē
Et tetigitur festa uictrix atalanta corona.
Dant gemitū uicti. pendētq; ex federe penas
Nō tamē euentu iuuenū deterritus horum
Constitit in medio. uultuq; in uirgine fixo
Quid facilē titulū superādo queris inertes.
Mecū confer ait. seu me fortuna potentem
Fecerit. a tanto non indignabere uinci.
Nāq; mihi genitor megaresus. echestiꝰ illi
Est neptūnus auus. ꝓnepos ego regis aq̄rū
Nec uirtus citra genus ē. seu uincar. hēbis
Hippomene uicto mg̃nū et meōrabile no
Talia dicentem molli sceneia uultu men
Aspicit. et dubitat supari an uincere malit.
Atq; ita quis deꝰ hūc formosis dixit iniquꝰ
Perdere uult: careq; iubet discrimine uite
Cōiugiū petere hoc: nō sum me iudice tanti

Nec forma tãgor. poterã tamẽ hac quoq; tãgi
Sed ꝙ adhuc puer ẽ nõ me mouꝫ ipe: ꝫ etas
Quid ꝙ inest uirtus? et mẽs interrita leti?
Quid ꝙ ab equorea numerat̃ origine q̃rt9?
Quid ꝙ amat? tãtiq; putat cõnubia nostra
Vt pereat. si me sors illi dura negarit.
Dũ licet hospes abi thalaõsq; relinq̃ cruẽtos
Cõiugium crudele meũ ẽ. tibi nubere nulla
Nollet. et optari potes a sapiente puella.
Cur tamẽ ẽ mihi cura tui tot iã ãte ꝑemptis
Viderit. intereat. quoniã tot cede ꝓcorum.
Ammonitus nõ est. agiturq; in tedia uite.
Occidet hic igitur. uoluit quia uiuere mecũ?
Indignãq; necem preciũ pacietur amoris?
Non erit inuidie uictoria nostra ferenda
Sed nõ culpa mea ẽ. utinam desistere uelles.
At quoniã es demens. utinam uelocior esses.
Ah quam uirgineos puerili uultus ĩ ore est
Ah miser hippomene. nollẽ tibi uisa fuissem
Viuere dignus eras. ꝙ si felicior essem.
Nec mihi cõiugiũ fata importuna negarẽt:
Vnus eras cũ quo sociare cubilia uellem.
Dixerat. utq; rudis primoq; cupidine tacta
Quod facit ignorãs amat. et nõ sentit aõrem
Iam poscũt solitos cursus populusq; patrq;.
Cum me sollicita proles neptunia uoce
Inuocat hippomenes. cithereia cõpcor ausis
Assit ait nostris. et quos dedit adiuuet ignes
Detulit aura p̃ces ad me nõ inuida blandas
Motaq; sũ (fateor) nec opis moã lõga dabat̃
Est ager. nidigeue damasenum noĩe dicunt
Telluris cyprie ꝑs optima. quã mihi prisci.
Sacrauere senes. templisq; accedere dotem
Hãc iussere meis. medio nitet arbor in aruo
Fulua comam. fuluo ramis crepitãtib; auro.
Hinc tria forte mea ueniens decerpta ferebã
Aurea poma manu. nulliq; uidenda nisi ipsi.
Hippomenen adij. docuiq; quis usus in illis
Signa tube dederãt: cũ carcere ꝓnus uterq;
Emicat. et summã celeri pede libat arenam
Posse putes illos sicco freta radere passu:
Et segetis cane stantes percurrere aristas:
Adijciunt animos iuueni clamorq; fauorq;

Verbaq; dicentũ nũc nũc ĩcumbere tẽpus.
Hippomene propera. nũc uiribꝫ utere totis.
Pelle morã. uinces dubiũ megareius heros
Gaudeat an uirgo magis his sceneia dictis
O quociens cũ iam posset trãsire morata est
Spectatosq; diu uultus inuita reliquit.
Aridus a lasso ueniebat anhelitus ore.
Metaq; erat longe. tum deniq; de tribꝫ unũ
Fetibus arboreis proles nuptunia misit:
Obstupuit uirgo. nitidiq; cupidine pomi
Declinat cursus. aurumq; uolubile tollit:
Preterit hippomenes. r̃sonãt spctãcla plausu
Illa moram celeri cessataq; tempora cursu
Corrigit. atq; iterũ iuuenẽ post terga r̃liqt.
Et rursus pomi iactu remorata secundi
Cõsequitur. trãsitq; uirũ. ꝑs ultima cursus.
Restabat nũc ĩquit ades dea muneris autor
Inq; latus campi quo tardius illa rediret
Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum
An peteret uirgo uisa ẽ dubitare. coegi
Tollere. et adieci sublato pondera malo
Impedijq; oneris pariter grauitate moraq;
Neue meus sermo cursu sit tardior ipso.
Preterita est uirgo duxit sua p̃mia uictor?
Digna ne cui g̃tes ageret. cui thuris honorẽ
Ferret adoni fui? nec grates immemor egit.
Nec mihi thura dedit. subitã cõuertor in irã
Cõtemptuq; dolẽs ne sim spernẽda futuris
Exẽplo caueo. meq; ipsam exhortor in ãbos
Templa deũ matri que quõdã clar9 echion
Fecerat ex uoto nemorosis abdita siluis
Trãsibant. et iter longũ requiescere suasit.
Illic cõcubitus intempestiua cupido
Occupat hippomenẽ. et nummie cõcita nr̃o
Luminis exigui fuerat prope tẽpla recessus
Spelunce similis natiuo pumice tectus
Relligione sacer prisca. quo multa sacerdos
Lignea cõtulerat ueterum simulacra deoꝝ.
Hunc iuit. et uetito temerat sacraria probro
Sacra retorserunt oculos. turritaq; mater.
An stigya sontes dubitauit mergeret unda
Pena leuis uisa est. ergo modo leuia fulue.
Colla iubẽ uelãt. digiti curuãtur in ungues.

Ex humeris armi fiunt. in pectora totum
Pōdus abit summe cauda uerrūtur arene
Iram uultus hz. p ōbis murmura reddūt
Pro talamis celebrāt siluas. aliisq; timēdi
Dente p̄mūt domito cybeleia frena leones
Hos tu care mihi cūq; his gen9 om̄e ferar
Quod nō terga fuge ꝫ pugne pectora p̄bet
Effuge. ne uirtus tua sit damnosa duobus
Illa quidē monuit. iunctisq; p aera cygnis
Carpit iter. stat sed monitis cōtraria uirtus
Forte suem latebris uestigia certa secuti
Exciuere canes. siluisq; exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis cinireius ictu
Protinus excussit pando uenabula rostro
Sāguine tincta suo. trepidūq; ⁊ tuta petētē
Trux aper īsequit̄ totosq; sub īguine dētes
Abdidit. et fulua moribūdū strauit arena.
Vecta leui curru medias cithrea p auras.
Cypron olorinis nondum peruenerat alis
Agnouit longe gemitum moriētis. et albas
Flexit aues illuc. utq; ethere uidit ab alto
Examinem. inq; suo iactātē sanguine corp9
Desilijt. pariterq; sinum pariterq; capillos
Rupit. et īdignis percussit pectora palmis
Questaq; cū fatis. et nō tamē omnia uestri
Iuris erūt dixit. luctus monum̄ta manebūt
Semper adoni mei. r̄petitaq; mortis imago
Annua plangoris repetet simulamina nr̄i.
At cruor in florē mutabitur. an tibi quōdā
Femineos artus in olētes uertere mentas
Persephone licuit. nobis cinireius heros
Inuidie mutatus erit? sic fata cruorem.
Nectare odorato sparsit. qui tactus ab illo
Intumuit. sicut fuluo perlucida celo
Surgere bulla solet. nec plena longior hora
Facta mora ē. cū flos de sanguine ꝯcolor or
Qualem q̄ lēto celāt sub cortice g̃nū tus.
Punica ferre solēt. breuiu est tn̄ usus in illo
Nāq; male herētē et nimia leuitate caducū
Excutiunt idem qui prestant omnia uenti.

Publij Ouidij Nasonis Metamor/
phoseos Liber Vndecimus Incipit

Armine dum tali siluas
animosq; ferarum.
Threicius uates et sax
a sequentia ducit.
Ecce nurus ciconum tec
te lymphata ferinis
Pectora uelleribꝫ tumuli de uertice cernūt
Orphea percussis. sociantē carmina neruis.
E quibus una leues iactato crine per auras
En ait h̄ h̄ est nostri contemptor. et hastam
Vatis apolinei uocalia misit in ora.
Que folijs presuta notam sine nulnere fecit.
Alterius telum lapis est. qui missus in ipso.
Ere cōcentu uictus uocisq; lyreq; est.
Ac ueluti supplex pro tam furialibus ausis.
Ante pedes iacuit. ꝫ em̄ temeraria crescūt.
Bella. modusq; abijt. insanaq; reg̃t erinnys
Cunctaq; tela forēt cantu mollita. ꝫ ingens
Clamor et inflato berecynthia tibia cornu
Tympanaq; et plausus. et bacchei ululatus
Obstrepuere sono cithare. tum deniq; saxa.
Non exauditi rubuerunt sanguine uatis.
Ac primū attonitas eciam nūc uoce canentis
Innumeras uolucres āguesq; agmēq; ferarū
Menades orphei titulum rapuere theatri
Inde cruentatis uertuntur in orphea dextris
Et coeunt ut aues. si quando luce uagātem
Noctis auē cernūt. structoꝫ utrinq; theatro
Vt matutina ceruus periturus arena
Preda canū est. uatēq; petūt. et frōde uirētes
Conijciunt thyrsos nō hec in munera factos
He glebas. ille direptos arbore ramos.
Pars torquent silices. neu desint tela furori
Forte boues p̄sso subigebāt uomere terram.
Nec ꝓcul hinc multo fructū sudore parātes
Dura lacertosi fodiebant arua coloni.
Agmine qui uiso. fugiūt. oipisq; relinquūt
Arma sui. uacuosq; iacēt dispsa per agros.
Sarculaq; et rastriq; g̃ues. longiq; ligones
Que postq̄m rapuere fere. cornuq; minaces
Dimulsere boues. ad uatis fata recrrunt.
Tendētemq; manus. atq; illo tpe primum
Irita dicētem. nec quicq̄m uoce mouentem

Sacrilege primūt pq; os (proh iupiter) illud
Auditum saxis: intellectumq; feratum
Sensibus: inuentos anima exhalata recessit
Te meste uolucres orpheu tēturba ferarū.
Te rigidi silices: tua carmina sepe secutæ
Fleuerunt siluæ. positis tē frondibus arbos
Tōsa comas luxit lachrīs quoq; fluia dicūt
Increuisse suis: obscuraq; carbasa pullo
Naiades et driades passosq; habuē capillos
Omēbra iacēt diūsa locis. caput hebre lyrāq;
Exāpis: et mirum. medio dū labitur amne
Flebile nescio qd queriē lyra. flebile lingua
Murmurat exanimis. respōdēt flebile ripe
Iāq; mare inuecte flumē populare relinquūt
Et methymnce potiuntur littore lesbi.
Hic ferus expōito pegumis anguis aremis.
Obstitit: et sparsos stillanti rore capillos
Lābit: et hymniferos imbyat diuellē uultꝰ
Tādē phebꝰ adest: morsuq; inferre patātē.
Arcet. et in lapidē rictus serpentis apertos
Cōgelat et patulos (ut erāt) indurat hiatꝰ
Vmbra subit tertas: et que loca uiderat añ
Cuncta recognoscit: querēsq; p arua piorū
Inuenit eurydicen: cupidisq; āplectit ulnis
Hic modo cōiunctis spatiant. nūc pcedentē sequitur. nūc prerus anteit:
Eurydicēq; suam iam tuto respicit orpheus
Nō impune tamen scelus hoc fimit esse lycus
Amissoq; dolens sacrorum uate suorum
Protinus in siluas matres edomitas omnes:
Que uidere nefas torta radice ligauit.
Quippe pedū digitos i ūltū ē queq; secuta
Traxit. et insolidā detrusit acumine terrā
Vteq; suū laqis quos callidꝰ abdidit auceps
Ceus ubi cōmisit uolucris sensitq; teneri
Plāgit. ac trepidās astringit uincula motu
Sic quecumq; solo defixa cohęserat harum.
Externata fugam frustra tentabat. at illam
Lenta tenet radix. exultantēq; coercet.
Dūq; ubi sūt digiti dū pes dū q̄t 7 ūgues
Aspicit in teretes lignum succedere suras:
Et conata femur merenti plangere dextra
Robora percussit. pectus quoq; robora fiūt
Robora sunt hūeri pōrectaq; brachia rerosꝰ
Esse putes ramos. et non fallare putando
Nec satis hoc baccho ē. ipsos quoq; deseruta
Cūq; choro meliore sui pmeta thmoli grosꝰ
Pactolonq; petit quāius non aureus illo
Tempore. nec cariis erat iuuenalis haremis
Nūe assueta coburs satiri bacchęq; frequētat
At silenus abest. titubantem annisq; merocq;
Rutticole cepere phryges. uinctūq; coronis
Ad regē duxē. nudā cui thracius orpheus
Orgia tradiderat cum cecropio eumolpo.
Qui simul agnouit socium comitēq; sacrorū
Hospitis aduentu festum gemaliter egit
Per bis quinq; dies. et iūctas ordīe noctes
Et iam stellarum sublime coegerat agmen.
Lucifer undecimus. tidos cū letus in agros
Rex uenit. et iuuenī silenū reddit alumno
Huic deus optanti gratum seo mutile fecit
Munerꝰ arbitriū gaudens altore recepto
Ille male usurus domis. ait. effice quitquid.
Corpore contigero fuuum uertatur in aurū
Annuit optatis nocituraq; munera soluit
Liber: et indoluit q̄ non melioꝛa petisset
Letꝰ abit. gaudetq; malo berecinthiꝰ heros
Pollicitiq; fidem tangendo singula tentat
Vixq; sibi credens nō alta fronde uirentem
Ilice detraxit uirgam uirga aurea facta est.
Tollit humo saxū. saxū quoq; palluit auro
Contigit et glebam: cōtactu gleba potenti
Massa fit. arentes cereris decerpsit aristas
Aurea messis erat: dēptū tenet arboē pomū
Hesperides donasse putes. si postibus altis
Admouit digitos: postes radiare uidentur.
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis
Vnda fluens palmis danen eludere posset.
Vix spes ipe suas animo capit. aurea fingēs
Omina. gaudenti mensas posuere ministri
Extructas dapibus nec toste frugis egētes:
Tum uero siue ille sua cerealia dextra
Munera cōtigerat. cerealia dona rigebant.
Siue dapes audo conuellere dentē parabat
Lamina fulua dapes admoto dēte pmebat
Miscuerat puris autorem muneris undis

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1928217079/phys_0098

Fusile per rictus aurum fluitare uideres·
Attonitus nouitate mali diuesq; miserq;
Effugere optat opes·et q̄ mō nouerat odit·
Copia nulla famē releuat·sitis arida guttur
Vrit·et inuiso meritus torquetur ab auro·
Ad celūq; manus et splēdida brachia tollēs
Da ueniam lenee pater peccauimus inquit·
Sed miserere p̄cor·speciosoq; eripe damno·
Mite deum uumē bacchus peccasse fatentē
Restituit·factiq; fide data munera soluit·
Ne ue male optato maneat circūlitus auro
Vade ait ad magnis uicinū sardibꝫ amnem
Perq; iugum ripe labentibꝫ obuius undis
Carpe uiā·donec uenies ad fluminis ortus
Spumigeroq; tuū·fonti qua plurimus exit·
Subde caput corpusq; simul sil' elue crimen
Rex iusse succedit aque·uis aurea tinxit
Flumē·et humano de corpe cessit in amnē·
Nūc quoq; iam ueteris pcepto semine uene
Arua rigent auro madidis pallentia glebis
Ille perosus opes·siluas et rura colebat·
Panaq; mōtanis habitātē semp in antris·
Pingue ꝫ ingeniū māsit·nocituraq; ut ante
Rursus erāt domino stulte p̄cordia mentis·
Nam freta ꝓspiciens late riget arduus alto
Thmolus in ascensu·cliuoq; extēsus utroq;
Sardibꝫ hīc·illīc paruis finit̄ hipepis his
Pan ibi dū tēris iactat sua carmīa nymp/
Et leue cerata modulatur harūdine carmē·
Ausus apollineos pre se cōtemnere cantus·
Iudice suo thmolo certamē uenit ad impar
Monte suo senior iudex consedit·et aures
Liberat arboribus·quercu coma cerula tātū
Cingitur·et pēdēt circū caua tempa glādes
Isq; deum pecoris spectans in iudice dixit
Nulla mora ē·calamis agrestibꝫ insonat ille
Barbaricoq; midan(aderat naꝫ forte canēti)
Carmīe deliniit·post hūc sacer ora resoluit
Thmolꝰ ad os phebi·uultū sua silua secuta
Ille caput flauū lauro parnaside uinctꝰ ē
Verrit humū tyrio saturata murice palla·
Distinctamq; lyrā gemmis et dentibꝫ indis
Sustinet a leua·tenuit manꝰ altera plectrū

Artificis status ipse fuit·cum stamina docto
Pollice sollicitat·quorum dulcedine captus
Pana iubꝫ thmolꝰ cithare sūmittere cānas
Iudicium sanctiq; placet sententia montis
Omībꝫ·arguitur tamē atq; iniusta uocatur
Vnius sermone mide·nec delius aures
Humanā stolidas patitur retinere figuram·
Sed trahit in spatiū·uillisq; albētibꝫ implet·
Instabilesq; illas facit·et dat posse moueri
Cetera sunt hominis ptē damnatur in unā·
Induiturq; aures lente gradientis aselli·
Ille quidem celare cupit·turpiq; pudore
Tempora purpureis tentat uelare thiaris·
Sed solitus longos ferro resecare capillos
Viderat hoc famulus·qui cū nec ꝓdere uisū
Dedecus auderet cupiēs efferre sub auras·
Nec posset reticere tamē·secedit·humumq;
Effodit·et domini qualas aspexerit aures
Voce r̄fert ꝑua·terreq; īmurmurat hauste·
Indciumq; sue uocis tellure regesta
Obruit·et scrobibus tacitus discedit opertis
Creber harūdinibꝫ tremul' ibi surgere lucus
Cepit·et ut p̄mum pleno maturuit anno·
Prodidit agricolā·leni nā motꝰ ab haustro
Obruta uerba refert·dn̄iq; coarguit aures·
Vultus abit thmolo·liqdūq; ꝑ aera uectꝰ
Angustum citra pōtum nepheleidos helles
Laomedontes latoius astitit aruis·
Dextera sygei·rethei leua profundi
Ara panopeo uetus est sacrata tonanti·
Inde noue primum moliri menia troie
Laomedonta uidet·susceptaq; magna laboē
Crescere difficili·nec opes exposcere paruas
Cūq; tridentigero tumidi domitore ꝓfundi
Mortalē induitur formā·phrygieq; tyrāno
Edificant muros pacto pro menibus auro
Stabat opus·preciū rex inficiatur·et addit
Perfidie cumulum falsis periuria uerbis·
Nō impune feres r̄ctor maris inquit·et oēs
Inclinauit aquas ad auare menia troie·
Inq; freti formam terram conuertit·opesq;
Abstulit agricolis·et fluctibꝫ obruit agros
Pēa neq; hec satis ē·r̄gis quoꝫ filia mōstro

Poscit equoreo. quaz dura ad saxa r̄uinctā
Vindicat alcides. ꝓmissaqꝫ munera dictos
Poscit equos. tantiqꝫ opis mercede negata
Bis piu ra capit superate menia troye.
Nec ps milicie telamon sine honore recessit.
Hesion eqꝫ data potitur. nā cō iuge peleus
Clarus erat diua. nec aui magis ille supbit
Nomine q̄ꝫ soceri. siquidē iouis eē nepotē
Contigit haud uni coniūx dea cōtigit uni
Nanqꝫ senex thetidi proteus p̄dixerat ude
Concipe: mr̄ eris iuuenis q fortibus armis
Acta pr̄is uincet. maiorqꝫ uocabitur illo
Ergo ne quicq̄ꝫ mūdus ioue maius haberet
Qtiāuis haud tepidos sub pectoē senserat ig
Juppiter. equoree tetidis ɔnubia uitat nes
Inqꝫ sua eacidē succedere uota nepotem
Jussit. et amplexus in uirginis ire marine.
Est sinus emonie curuos falcatus in arcus
Brachia ꝓcurrūt. ubi si foret altior unda.
Portꝰ erat. sūmis inductū ē equor arenis
Littus hꝫ solidū. quod nec uestigia seruet.
Nec remoretur iter. nec optum pēdeat alga
Myrtea silua subest bicoloribꝫ obsita baccis
Est specus in medio. natura factus an arte
Ambiguū ē. mag̃ arte tñ. quo sepe uenitur
Frenato delphine sedēs theti ūda solebas
Illic te peleus ut somno uicta iacebas
Occupat. et qm̄ precibus tētata repugnas
Vim pat. innectens ābobus colla lacertis
Quod nisi uenisses uariatis sepe figuris
Ad solitas artes. auso foret ille potitus
Sed mō tu uolucris. uolucrē tñ ille tenebat
Nūc g̃uis arbor eras. herebat ī arboē peleus
Tercia forma fuit maculose tigridis. illa
Territus eacides a corpe brachia soluit
Isqꝫ deos pelagi uino super equora fuso.
Et pecoris fibris et fumo thuris adorat
Donec carpathius medio de gurgite uatēs.
Aeacide dixit thalamis potiere petitis:
Tu mō cum gelido sopita quiescit in antro
Ignarā laqueis uincloqꝫ innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras.
Sed p̄me quicqd erit. dū q̄ fuit añ r̄formet

Dixerat hec ꝓteus: et cōdidit equore uultū
Admisitqꝫ suos in uerba nouissima fluctus
Pronus erat titan. inclinatoqꝫ petebat.
Hesperiū temone fretum. cū pulchra r̄licto
Nereis ingreditur consueta cubilia fluctu
Vix hene uirgineos peleus inuaserat artus
Illa nouat formas. donec sua mēbra teneri.
Sēsit et in ꝑtes diuersas brachia tēdēs cis
Tūc demū īgemuit. neqꝫ ait sine numīe uim
Exhibita estqꝫ thetis. cōfessam āplectitur he
Et potit̄ uotis. īgētiqꝫ implet achille ros
Felix et nato felix et coniuge peleus
Et cui si demas iugulati crimina phoci
Omnia cōtigerāt. fraterno sanguine sontē
Expulsumqꝫ domo patria trachinia tellus
Accipit. h̄ regnum sine ui sine cede tenebat
Lucifero genitore satus. patriūqꝫ nitorem
Ore ferens ceyx. illo qui tpe mestus
Dissimilisqꝫ sui fratrem lugebat ademptum
Quo postq̄ꝫ eacides fessus curaqꝫ uiaqꝫ
Venit. et nitrauit paucis cōmitātibus urbē
Quosꝫ greges pecoꝝ. q̄ secū armīta trahebat
Haud ꝓcul a muris sub opaca ualle reliq̄t
Copia cū facta est adeundi tecta tyranni
Velamēta manu pretendēs supplice. q̄s sit.
Quoqꝫ satꝰ memorat. tātū sua crimīa celat
Mētiturqꝫ fuge causam. petit urbē uel agro
Se iuuet. hūc cōtra placido trachinius ore.
Talibꝫ alloq̄t. medieqꝫ quoꝫ ɔmoda plebi
Nr̄a patēt peleu. nec īhospita reg̃ tenemus.
Adijcis huic animo monumēta potētia. claꝝ
Nomē. auumqꝫ iouē. nec tēpora ꝑde p̄cando
Quod petis oē feres. tuaqꝫ hec ꝓ ꝑte uocato
Qualiacūqꝫ uides. utinam meliora uideres.
Et flebat. moueat tātos que causa dolores.
Peleusqꝫ comitesqꝫ rogāt. quibus ille ꝓfat̄
Forsitā hāc uolucrē q̄ rapto uiuit. et omnes
Terret aues semp̄ pennas habuisse putetis
Vir fuit. et q̄nta est animi cōstantia. tātum
Acer erat. belloqꝫ ferox. ad uimqꝫ paratus:
Nomine dedalion illo genitore creatus.
Qui uocat aurorā. celoqꝫ nouissimus exit
Culta mihi pax est. pacis mihi cura tenende

Cōiugijsq; fuit. fratri fera bella placebant
Illius uirtus gentes regesq; subegit
Que nunc tisbeas agitat mutata columbas
Nata erat huic chione: q̄ totatissima forma
Mille ꝓcis placuit bis septem nubilis ānis
Forte reuertentes phebus maiaq; creatus
Ille suis delphis hic uertice cylleneo
Videre hanc pariter. pariter traxere caloꝛē
Spē ueneris differt in tēpoꝛe noctis apollo
Non fert ille moras: uirgaq; mouētē sopoꝛē
Virginis os tangit: tactu iacet illa potenti
Vimq; dei patiē. nox celum sparserat astris
Phebꝰ anū simulat. prereptaq; gaudia suīt
Vt sua maturus cōpleuit tempoꝛa uenter
Alipedis de stirpe dei uersuta propago
Nascitur autolicus furtū ingeniosus ad oīe
Qui facere assueuit patrie non degener artis
Candida de nigris. et de candentibus atra
Nascitur e phebo: namq; ē emixa gemellos
Carmine uocali clarus citharaq; philemon
Quid peperisse duos. et diꝭ placuisse duobꝰ
Et forti genitoꝛe et progenitoꝛe tonante
Esse satā ꝓdest: an obest quoq; gla multis:
Obfuit huic certe. que se preferre diane
Sustinuit. faciemq; dee culpauit. at illi
Ira ferox mota est. factisq; placebim9 inqt
Nec mora curuauit cornu neruoq; sagittam
Impulit et meritā traiecit barūdime linguā
Lingua iacet. nec uox tētataq; uerba sequūt
Conantemq; loqui cum sanguine uita reliqt
Quā miser o pietas ego tūc patrioq; doloꝛē
Corde tuli. fratriq; pio solacia dixi
Que pr haud aliter q̄ cautes murmura pōti
Accipit. et natam delamentatur ademptam
Vt uero ardentem uidit. quater impet9 illi
In medios fuit ire rogos q̄ter inde repulsus
Cōdita mēbra fuge mandat. similisq; iuuēco
Spicula crabꝛonū pressa ceruice gerenti
Qua uia nulla ruit. iā tum mihi currere u sꝰ
Plus homine ē. alasq; pedes sūpsisse putarꝭ
Effugit ergo omnes: ueloxq; cupidine leti
Vertice parnassi potitur. miseratus apollo
Cum se dedalion saxo misisset ab alto
Fecit auē. et subitis pēdētē sustulit alis mos
Oꝛaq; adūca dedit. curuos dedit ūgueꝭ ha
Virutem antiquam maiores coꝛpoꝛe uires
Et nūc accipiter nulli satus equus. in omnes
Seuit aues. aliisq; dolens fit causa dolendi
Que dum lucifero gemitus miracla narrat
De consoꝛte suo cursu festinus anhelo
Aduolat armenti custos phoceus anctoꝛ
Et peleu peleu magne tibi nuncius adsum
Cladis ait. quodcūq; ferat iubet edere peleus
Pendet et ipe metu. trepidi trachinius oꝛus
Ille refert. fessos ad littoꝛa curua iuuencos
Appuleram medio cum sol altissimus oꝛbe
Tantum respiceret q̄ntum superesse uidēt
Parsq; bouū fuluis genua inclinarat aremis
Latarumq; iacens campos spectabat aq̄rū
Pars gradibus tardis illuc errabat: et illuc
Nantq; alii. celsoq; extāt super equoꝛa collo
Tpla mari subsūt. nec marmoē clara nec a
Sz trabibꝰ dēsis lucoq; ūbroſa uetusto uro
Nereides nereusq; tenent. hos nauita ponti
Edidit esse deos. dum retia littoꝛe siccat
Juncta palus huic est densis obcessa salictis
Quā restagnantis fecit maris unda paludem
Jn fragoꝛe gui strepit9 loca ꝓxima terreat
Bellua uasta lupus. siluisq; palustribus exit
Oblitus et spumis et crasso sanguine tictus
Fulmineus rubra suffusus lumma flāma
Qui q̄q̄ seuit pariter rabieq; fameq;
Acruoꝛ est rabie. neq; enim ieunia curat
Cede boum diramq; famem finire. sed omne
Vulnerat armentū sternitq; hostiliter oēs
Pars quoq; de nobis funesto sautia morsu
Dum defensam9. leto ē data. sanguine littus
Vndaq; prima rubet. demugitiq; paludes
Sed mora dānosa ē. nec rs dubitar remittit
Dū supereꝭt aliquid. cūcti coeam9 ad arma
Arma capessamus cōiunctaq; tela feramus
Dixerat agrestis. nec pelea damna mouebāt
Sed memor admissi nereida colligit oꝛbam
Damna suo inferias extincto mittere phoco
Jnduere arma uiros uiolentaq; sumere tela
Rex iubet etheus. cum quis sit ipse parabaꝭ

f.

Ire. sed alcyone coniunx excita tumultu
Prosilit. et nondum totos ornata capillos
Disiicit hos ipsos. colloq; infusa mariti
Mittat ut auxilium sine se uerbisq; precatur
Et lachrimis animasq; duas ut seruet ī una
Eacides illi. pulchros regina piosq;
Pone metus. plena est ꝓmissi gracia uestri
Nō placz arma m̄ cōtra noua mōstra mouē
Numen adorādū pelagi ē. erat ardua turris
Arce loci summa. fessis loca grata carinis
Ascendunt illuc. stratosq; in littore tauros
Cum gmitu aspiciūt. uasta toremq; cruento
Ore ferum lōgos infectum sanguine uillos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti.
Ceruleam peleus psamaten ut finiat iram
Orat. opemq; ferat. nec uocibus illa rogantis
Flectit̄ eacide. thetis hāc ꝓ cōiuge supplex
Accepit ueniam. ſz et irreuocatus ab acri
Cede lupus perstat dulcedine sanguinis asp
Donec inherentem lacere ceruice iuuence
Marmore mutauit. corpus pariterq; colorē
Omnia seruauit. lapidis color indicat illum
Iam non esse lupum. iam non debere timer̄
Nec tamen hac ꝓfugū consistere pelea terra
Fata sinūt. magnetas adit uag9 exul. et illic
Sumit ab hemonio purgamīa cedis achasto
Interea fratrisq; sui fratremq; secutis
Anxia prodigijs turbatus pectora ceyx
Cōsulat ut sacras hominū oblectamīa sortes
Ad clariū parat ire deum nā tēpla ꝓphan9
Inuia cū phlegyis faciebat delfica phorbas
Consilij tamen ante sui fidissima certam
Te facit alcione. cui protinus intima frigus.
Ossa receperunt. buxoq; simillimus ora
Pallor obit. lachrimisq; gene maduē ꝓfusis
Ter conata loqui. ter fletibus ora rigauit.
Singultuq; pias interrumpente querelas
Que mea culpa tuam dixit carissime mentē
Vertit ubi ē que cura mei prior esse solebat
Iam potes alcyone securus ab esse relicta?
Iā uia lōga placet? iā sum tibi carior absēs?
At puto per terras iter est. tantumq; dolebo
Non eciam metuam. cureq; timore carebūt
Equora me terrent. et ponti tristis imago
Et laceras nuper tabulas in littore uidi.
Et sepe in tumulis sine corpore nomina legi
Neue tuum fallax animum fiducia tangat.
Quod socer hippotades tibi sit. q carcē fortes
Cōtineat uentos. et cum uelit equora placet
Cum semel emissi tenuerunt equora uenti.
Nil illis uetitum est. incōmutataq; tellus
Omnis. et oē fretū ē. celi quoz nubila uexāt
Excutiuntq; feris rutilos concursibus ignes
Quo magis hos noui nam noui et sepe pr̄na
Parua domo uidi. mag̃ hos reor eē timīdos
Quā tua si flecti p̄cibus sentētia nullis
Care potest cōiunx. nimiumq; es cert9 eūdi
Me quoz tolle simul. certe iactabimur una.
Nec nisi q̄ patiar metuā. pariterq; feremus
Quicqd erit. piter sup equora lata feremur
Talibus eolidis dictis lachrimisq; mouetur
Sydereus cōiunx. neq; enim minor in ipso ē
Sed neq; ꝓpositos pelagi dimittere cursus
Nec uult alcyonē in partem adhibere pericli
Multaq; respondit timidum solantia pectus:
Non tamē idcirco causam ꝓbat. addidit illis
Hoc quoz lenimen. quo solo flexit amantē.
Lōga quidē ē nobis oīs mora. ſz tibi iuro
Per patrios ignes si me modo fata remittāt
Ante reuersurum q̄ bis luna impleat orbē.
His ubi promissis spes est admota recursus
Protinus eductam nauali bus equore tingi.
Aptariq; suis pinum iubet armamentis.
Qua uisa. rursus ueluti presaga futuri
Horruit alcyone. lachrimasq; emisit obortas
Amplexusq; dedit. tristiq; miserrima tandē
Ore uale dixit. collapsaq; corpore toto est.
At iuuenes. querente moras ceyce reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos
Equaliq; ictu scindunt freta. sustulit illa
Humētes oculos. stantēq; in puppe r̄curua
Concussaq; manu dantem sibi signa maritū
Prima uidet. r̄dditq; notas ubi terra r̄cessit
Lōgius. atq; oculi nequeūt cōgnoscē uult9
Dū licz īseqr̄ fugiētē lumine pinū uideri
Hec quoz ut haud poterat spacō summota

Vela tamen spectat summo fluitancia malo
Vt nec uela uidet. uacuum petit anxia lectū
Seqꝫ toro ponit. renouat lectusqꝫ locusqꝫ
Alcyones lachrimas. et q̄ ꝑs admonet absit
Portubus exierant. et mouerat aura rudētes
Obuertit lateri pendentes nauita remos
Cornuaqꝫ ī summa locat arbore. totaqꝫ malo
Carbasa deducit. uenientesqꝫ accipit auras
Aut minus. ā certe medium nō āpli⁹ equor
Puppe seccabatur. lōgeqꝫ erat utraqꝫ tell⁹
Cum mar̄ sub noctē tumidis albescere cepit
Fluctibus. et preceps spirare ualentius eurus
Ardua iandudum dimitute cornua rector
Clamat. et antennis totum subnectite uelū
Hic iubet. impediunt aduerse iussa procelle:
Nec sinit audiri uocem fragor equoris ullam
Sponte tamen properāt alij subducē remos
Pars munire latus. pars uentis uela negar̄
Egerit hic fluctus. equorqꝫ refūdit in equor
Hic rapit ātennas. que dum sine lege regūt̄
Aspera crescit hyems omni ꝫ a parte feroces
Bella gerūt uenti. fretaqꝫ indignancia miscēt
Ipse pauet. nec se quis sit status ipse fatetur
Scire ratis rector. nec quid iubeat ue uelit ue
Tanta mali moles. tantoqꝫ potencior arte ē
Quippe sonant clamore uiri. stridore rudētes
Vndarū incursu g̅uis unda. tonitrib⁹ ether
Fluctibus erigitur celumqꝫ equare uidetur
Pontus et īductas aspergine tāgere nubes
Et modo cū fuluas ex imo uertit harenas
Concolor est illis. stygia modo nigrior unda
Sternitur interdū spumisqꝫ sonātibus albet
Ipsa quoqꝫ his agit̄ uicib⁹ trachinia puppis
Et nunc sublimis ueluti de uertice montis
Despicere ī ualles imumqꝫ acheronta uidet̄
Nunc ubi demissam curuū circūstetit equor
Suspicere inferno fūmū de gurgite celum
Sepe dat ingentem fluctu latus icta fragorē
Nec leuius pulsata sonat. q̄ ferreus olim
Cum laceras aries balistaqꝫ concutit arces
Vtqꝫ solent sumptis incursu uiribus ire
Pectore in arma feri protentaqꝫ tela leones
Sicubi se uentis cōmiserat unda cohortis

Ibat in arma ratis. multoqꝫ erat alcior illis.
Iamqꝫ labāt cunei. spoliataqꝫ tegmine cere
Rima patet. prebetqꝫ uiam letalibus undis
Ecce cadunt late resolutis nubibus imbres
Inqꝫ fretum credas totum descender̄ celum
Inqꝫ plagas celi rumefactum scādere pōtū
Vela madent nimbis. et cū celestibus undis
Aequoree miscentur aque. carꝫ ignib⁹ ether
Cecaqꝫ nox p̄mitur tenebris hyemisqꝫ suisqꝫ
Discutiunt tamē has. p̄bentqꝫ micancia lumē
Fulmina. fulmineis ardescūt ignibus unde
Dat quoqꝫ iam salt⁹ intra caua tecta carine
Fluctus. et ut miles numero p̄stancior omni
Cum sepe assiliit defense menib⁹ urbis
Spe potitur tandem. laudisqꝫ accensus amor̄
Inter mille uiros murū tamē occupat unus
Sic ubi pulsarunt celsi latera ardua fluctus
Vastius insurgens decime ruit impet⁹ unde
Nec prius absistit fessam oppugnare carinā
Quam uelut incapte descēdat menia nauis
Pars igit̄ tentabat adhuc īuadē pinū oēs
Pars maris int⁹. eāt trepidāt haut segnius
Quam solet urbs aliis murū fodiētib⁹ extra
Atqꝫ aliis murū trepidare tenentibus intus
Deficit ars. animiqꝫ cadunt. totidemqꝫ uidēt̄
Qd̄ ueniūt fluct⁹ ruere atqꝫ irrūper̄ mortes
Nō teēt h̄ lachrīas: stupꝫ hic. uocat ille btōs
Funera quos maneāt. hic uotis numē adorat
Brachiaqꝫ ad celū quod nō uidet irita tollēs
Poscit opem. subeunt illi fraterqꝫ parensqꝫ
Huic cū pignorib⁹ dom⁹: et qd̄ cuiqꝫ r̄lictū
Alcyone ceyca mouet. ceycis in ore
Nulla nisi alcyone est. et cū desideret unam
Gaudet ab eē tn̄. patrie quoqꝫ uellet ad oras
Respicere. inqꝫ domū sup̄mos uertere uult⁹
Verum ubi sit nescit. tanta uertigine pont⁹
Feruet. et inducta piceis e nubibus umbra
Omne latet celū. duplicataqꝫ noctis imago
Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor
Frāgitur et regimē. spoliisqꝫ animosa sup̄stes
Vnda uelut uictrix: sinuataqꝫ despicit undas
Nec leuius q̄ si q̄s athon pindūqꝫ reuulsos
Sede sua totos in apertū euerteret equor

Precipitata cadit. pariterq; et pcedere et ictu
Mergit in ima ratem. cū qua ps mag̃ uiroꝝ
Gurgite pressa graui. nec in aera rddita fato
Functa suo est alii partes et membra carine
Trūca tenēt. tenet ipe maū q̄ septra solebat
Fragmina uauigij ceyx socerumq; patrēq;
Inuocat heu frustra. ꝫ plurima nautis in ore
Alcyone cōiunx. illam meminitq; refertq;.
Illius ante oculos ut agāt sua corpa fluctus
Opta. ut exanimis manibus tumulet amicis
Dū natat. absentē quotiēs sinit hiscē fluctus
Nominat alcyonen. ipsisq; imurmurat ūdis
Ecce super medios fluctus niger arcꝰ aq̄rū
Frangitur. et rupta mersū caput obruit ūda
Lucifer obscurus nec quē cognoscē posses.
Illa nocte fuit. quoniamq; excedere celo
Non licuit. densis sua texit nubibus ora.
Eolis interea tantorū ignara malorum
Dinumerat noctes. et iam quas induat ille:
Festinat uestes. iam quas ubi uenerit ille.
Ipsa gerat. reditusq; sibi promittit inanes:
Omnibꝰ illa quidē superis pia thura ferebat
Ante tamē cunctos iunonis templa colebat
Proq; uiro qui nullꝰ erat ueniebat ad aras
Vtq; foret sospes coniunx suus. utq; rediret
Optabat: nullamq; sibi preferret. at illi
Hoc de tot uotis poterat contingere solum.
At dea non ultra profuncto morte rogari
Sustinet. utq; manus funestas arceat aris.
Iri mee dixit fidissima nuncia uocis.
Vise soporiferam somni uelociter aulam
Extinctiq; iube ceycis imagine mittat
Somnia ad alcyonē ueros narrantia casus
Dixerat. induitur uelamina mille colorum
Iris. et arquato celum curuamine signans
Tecta petit iussi sub nube latentia regis
Est prope chimerios longo spelunca recessu
Mōs cauus. ignaui domꝰ et pētralia somni
Quo nūq̄ radijs oriēs medius ue cadēs ue
Phebꝰ adire potest. nebule caligine mixte
Exhalantur humo. dubieq; crepuscula lucis
Non uigil ales ibi cristati cantibus oris
Euocat auroram. nec uoce silencia rumpunt
Solliciti ue canes. canibus ue sagacior anser
Non fera nō pecudes nō moti flamine rami:
Humane ue sonum reddunt cōuicia lingue.
Muta quies habitat. saxo tamē exit ab imo
Riuus aque lethes. p quē cū murmure labēs
Inuitat somnos crepitantibus unda lapillis
Ante fores antri fecunda papauera florent.
Innumereq; herbe. quarū de lacte soporem
Nox legit et spargit p opacas hūida terras
Ianua ne uerso stridorem cardine reddat
Nulla domo tota est. custos in limine nullꝰ
In medio torus ē hebeno sublimis in antro
Plumeus. unicolor pullo uelamine tectus.
Quo cubat ipse deus mēbris langore solutis
Hunc circa passim uarias imitantia formas
Somnia uana iacēt totidē. qd̄ messis aristas
Silua gerit frondes. eiectat littus arenas.
Quo simul ītrauit. manibusq; obstātia uirgo
Somnia dimouit. uestis fulgore reluxit
Sacra domus. tardaq; deus grauitate iacētes
Vix oculos tollens iterūq; iterumq; relabēs
Summaq; pcutiens nutanti pectora mento
Excussit tandem sibi se cubitoq; leuatus
Quid ueniat (cognouit enim) scitatur at illa
Somne quies rerū placidissime somne deoꝝ
Pax animi. quē cura fugit: qui corpa duris
Fessa ministerijs mulces. reparasq; labori.
Sōnia que ueras equant imitamine formas
Herculeam trachina iube sub imagine regis
Alcyonen adeant. sisacraq; naufraga fingāt
Imperat hoc iuno. postq̄ mandata peregit:
Iris abit. (neq; em̄ ulterius tolerar̄ soporis
Vim poterat) labiq; ut somnū sensit in artꝰ
Effugit: et remeat p quos mō uenerat arcꝰ
At pater e populo natorū mille suorum
Excitat artificem simulatoremq; figure
Morphea. non illo iussos solertius alter
Exprimit incessus. uultumq; sonūq; loquēti
Aadijcit et uestes et cōsuetissima queq;
Verba. ꝫ hic solos homines imitat̄: at alter
Fera. fit uolucris. fit longo corpore serpens.
Hūc iceon superi. mortale phebetora uulgus
Nominat. est etiam diuerse tertius artis

Pāthasos. ille ī humū saxūq; undāq; trabēz
Queq; uacant anima fallaciter omnia trāsit
Regibus hi ducibusq; suos ostendere uult9
Nocte solent: populos alii plebēq; pererrant
Preterit hos senior. cunctisq; e frībus unū
Morphea q peragat thaumātidos edita sōn9
Eligit. et rursus molli languore solutus
Deposutq; caput stratoq; recondidit alto
Ille uolat nullos strepitus facientibus alis
Per tenebras. ītraq; more breue tēp9 ī urbē
Peruenit hemoniā. positisq; e corpore pēnis
In faciem ceycis abit. sumptaq; figura:
Luridus exanimi similis sine uestibus ullis
Cōiugis ante torū misere stetit. uda uidetur
Barba uiri. madidisq; g̃uis fluere ūda capill'
Tum lecto incumbens fletu sup ora ꝓfuso
Hec ait agnoscis ceyca miserrima cōiunx
An m̄a mutata ē facies nece? respice. nosces
Inueniesq; tuo ꝑ coniuge coniugis umbrā
Nil opis alcyone nobis tua uota tulerunt
Occidimus: falso tibi me promittere noli
Nubilus egeo deprendit in equore nauem
Auster: et ingenti iactatam flamine soluit
Oraq; nostra tuum frustra clamātia nomen
Implerūt fluct9. nō hec tibi nunciat auctor
Ambiguus. nō ista uagis rumoribus audis
Ipse ego fata tibi p̄sens mea naufragus edo
Surge age da lacrimas. lugubriaq; īduc. ne
Indeploratū sub īania tartara mitte c me
Adijcit his uocē morpheus: quā ɔiugis illa
Crederet esse sui fletus quoq; fundere ueros
Vis9 erat. gestūq; man9 ceycis hēbat tos
Ingemit alcyone. lacrimas mouz. atq; lacer
Per somnū corpusq; petēs amplectit' ūbras
Exclamatq; mane. quo te rapis? ibim9 uua
Voce sua specieq; uiri turbata soporem
Excutit. et primo si sit circunspicit illic
Qui modo uisus erat. nam moti uoce mīstri
Intulerant lumē. postq̄ nō inuenit usquam
Percutit ora manu. laniatq; a pectore uestes
Pectoraq; ip̄a ferit. nec crines soluere curās
Scindit. et altrici que luctus causa roganti
Nulla est alcyone nulla est ait. occidit una
Cum ceyce suo. solancia tollite uerba
Naufragus interijt. uidi agnouiq; manusq;
Et discedentem cupiens retinere. tenenti
Vmbra fuit. ꝫ et umbra tn̄ manifesta. uiriq;
Vera mei. nō ille quidem si queris habebat
Assuetos uultus. nec quo prius ore nitebat
Pallentē nudūq; et ad huc humente capillo
Infelix uidi. stetit hoc miserabilis ipso
Ecce loco. et querit uestigia si qua supersint
Hoc erat hoc animo quod diuinante timebā
Et ne me fugiens uentos sequerere rogabā
At certe uellē (quoniam periturus abibas)
Me quoq; duxisses. fuit ah fuit utile tecum
Ire mihi. neq; enim uite de tempore quicq̄
Non simul egissem. nec mors discreta fuisset
Nunc absens perij. iactor quoq; fluctibꝫ ab
Et sine me te pōtus hz. crudelior ipso sens
Sit mihi mens pelago. si uitam ducere nitar
Longius: et tanto pugnem superesse dolori
Sed neq; pugnabo. nec te miserande relinq̄
Et tibi nūc saltē ueniā comes. inq; sepulcro
Si non urna tamen iunget nos littera. si non
Ossibus ossa meis. at nomen nomine tāgaz
Plura dolor ꝓhibet. ꝑboq; interuenit omni
Plangor: et attonito gemit9 a corde trahūt'
Mane erat egreditur tectis ad littus: et illū
Mesta locum repetit de quo spectarat eūtem
Dūq; morat' ibi: dūq; hic retinacula soluit
Hoc mihi discedēs dedit oscula littore dicit:
Dumq; notata ocul' reminiscit' acta: fretūq;
Prospicit. in liquida spacio distante tuetur
Nescio quid q̄si corp9 aqua. p̄moq; qc illud
Esset erat dubiū. postq̄ paulū appulit unda
Et q̄uis aberat: corpus tamen esse liquebat
Quis forz ignorās. qa naufrag9. omīe mota ē
Et tāq̄ ignoto lachrimā daret heu miser īqt
Quisq̄s es. et si q̄ ē cōiūx tibi fluctibꝫ actū
Fit ꝓpius corpus: quod quo magis illa tuet'
Hoc min9 et min9 ē mētis sua. iāq; ꝓpīque
Admotū terre. iam quod cognoscere posset
Cernit. erat cōiunx. ille est exclamat. et una
Ora. comas. uestem lacerat. tēdēsq; tremētes
Ad ceyca manus. sic o carissime coniunx

Sic ad me miserāde redis: ait. adiacet undis
Facta manu moles. q̄ primas equoris undas
Frangit. et incursus que p̄delassat aquarum
Insilit huc. mirumq; fuit potuisse. uolabat
Percuciensq; leuem modo natis aera pennis
Stringebat summas ales miserabilis undas
Dumq; uolat mesto similem plenūq; q̄rele
Ora dedere sonum tenui crepitantia rostro
Vt uero tetigit mutū et sine sanguine corp9
Dilectos artus amplexa recentibus alis
Frigida nequicq̄ duro dedit oscula rostro
Senserit hoc ceyx. an uultū motibus unde
Tollere sit uisus populus dubitabat at ille
Senserat. et tandem superis miserātibus ābo
Alite mutantur. fatis obnoxius ijsdem
Tūc quoq; māsit aōr. nec cōiugiale solutū ē
Fedus in alitibus. coeunt fiuntq; parentes
Perq; dies placidos hyberno tempore septē
Incubat alcyone pendentibus equore nidis
Tum uia tuta maris. uētos custodit et arcz
Eolus egressu prestatq; nepotibus equor.
Hos aliquis senior circum freta lata uolātes
Spectat et ad finē seruatos laudat amores
Proxim9. aut idē si fors tulit. hic quoz dixit
Quē mar̄ carpētē substrictaq; crura gerētē
Aspicis. ostēdēs spaciosum ī guttura mergū
Regia ꝓgenies. et si descendere ad ipsum
Ordine perpetuo queris. sunt huius origo
Ilus et assaracus. raptusq; ioui ganymedes
Laomedō ue senex. p̄am9q; nouissima troie
Tempora sortitus. frater fuit hectoris iste.
Qui nisi sensisset prima noua fata iuuenta.
Forsitan inferius nō hectore nomen haberet
Quamuis est illum proles enixa dimantis.
Esacon umbrosa furtim peperisse sub ida
Fertur alixiroe gracili conata bicorni.
Oderat hic urbes. nitidaq; remotus ab aula
Secretos montes et inambitiosa colebat
Rura. nec iliacos cetus nisi rarus adibat
Non agreste tamen. nec inexpugnabile aōri
Pectus habens. siluas captatā sepe per om̄s
Aspicit eperien patria crebenida ripa
Iniectos humeris siccantem sole capillos.

Visa fugit nymphe ueluti perterrita fulum
Cerua lupum. longeq; lacu deprensa relicto
Accipitrem fluuialis anas. quā troius heros
Insequit̄. celeremq; metu celer urget aōre
Ecce latens herba coluber fugientis adunco
Dente pedē strinxit. uirusq; in corpore liquit
Cum uita suppressa fuga est. āplectitur amēs
Exanimem clamatq; piget piget eē secutū
Sed nō hoc timui. nec erat mihi uincer̄ tanti
Perdidim9 miserā nos te duo. uuln9 ab āg
A me cā data ē. ego sū sceleracior illo ue ē
Qui tibi morte mea mortis solacia mittam.
Dixit. 7 escopulo quem rauca subederat ūda
Decidit in pontum. tethys miserata cadentē
Molliter excepit. nantemq; ꝑ equora pennis
Texit. et optate non est data copia mortis.
Indignatur amans inuitum uiuere cogi.
Obstariq; anime misera de sede uolenti
Exire. utq; nouas huēris assumpserat alas.
Subuolat. atq; iterū corp9 sup equora mittit
Pluma leuat cas9. furit esacus. īq; ꝓfundū
Pronus abit. letiq; uiam sine fine retentat.
Fecit amor maciem. longa internodia crurū
Longa manet ceruix. caput ē a corpe lōge
Equor aāt. nomēq; manet quia mergit̄ illic.

Publij Ouidij Nasonis Metamor/
phoseos Liber Duodecimus Incipit

Escius assumptis p̄amus
pater esacon alis
Viuere. lugebat. tumulo
quoq; nomen habenti
Inferias dederat cum
fratribus hector inanes:
Defuit officio paridis presencia tristi.
Postmodo qui rapta longū cū coniuge bellū
Attulit in patriam. coniurateq; sequuntur
Mille rates. gentisq; simul cōmune pelasge.
Nec dilata foret uindicta. nisi equora seui
Inuia fecissent uenti. boetaq; tellus
Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.
Hic patrio de more ioui cum sacra parassent

Vt uetus accensis incanduit ignibus ara
Serpere ceruleum danai uidere draconem
In platanū. ceptis que stabat ꝓxima sacris
Nidus eāt uolucrū bis quatuor arbore sūma
Quas sil' et matrem circū sua damna uolātē
Corripuit serpens: auidaq; recondidit aluo
Obstupuere omnes. at ueri prouidus augur
Testorides uincemus ait. gaudete pelasgi
Troia cadet ꝫ erit nostri mora lōga laboris
Atq; nouem uolucres in belli digerit annos
Ille ut erat uirides ampexus ī arbore ramos
Fit lapis. et seruat serpentis imagine saxum
Permanet aonijs nereus uiolentus ī undis
Bellaq; nō trāsfert: ⁊ sunt qui parcere troie
Neptunum credāt quia menia fecerat urbis
At nō testorides. neq; enim uescit ue tacet ue
Sanguine uirgineo placandā uirginis iram
Esse dee. postq̄ pietatem publica causa
Rexq; patrem uicit castumq; datura cruorē
Flētibus ante arā stetit iphigenia ministris
Victa dea est. nubēq; oculis obiecit. et inter
Officium turbamq; sacri uocemq; p̄cantum
Supposita fertur mutasse mycenida cerua
Ergo ubi qua decuit lenita est cede diana
Et pariter phebes. pariter maris ira recessit
Accipiunt uentos a tergo mille carine
Multaq; perpesse phrygia potiuntur arena
Orbe locus medio est inter terrāq; fretumq;
Celestesq; plagas triplicis confinia mundi
Vnde quod est usq̄ q̄uis regionibus absit
Inspicit̄. penetratq; cauas uox oīs ad aures
Fama tenet. summaq; domū sibi legit ī arce
Innumerosq; adit9 ac mille foramina tectis
Addidit. et nullis inclusit limina portis
Nocte dieq; patet. tota est ex ere sonanti
Tota fremit. uocesq; r̄fert. iteratq; ꝙ audit
Nulla quies intus. nullaq; silencia parte
Nec tam̄ ē clamor. ꝫ parue murmura uocis
Qualia de pelagi si quis ꝓcul audiat undis
Esse solent. qualē ue sonū cū iuppiter atras
Increpuit nubes extrema tonitrua reddūt
Atria turba tenet. ueniunt leue uulg9 eūtq;
Mixtaq; cū ueris passim cōmenta uagantur
Milia rumorum. confusaq; uerba uolutāne
E quibꝰ hi uacuas implēt sermonibus aures
Hi narrata ferunt alio. mensuraq; ficti
Crescit. et auditis aliqd nou9 adijcit auctor
Illic credulitas. illic temerarius error
Vanaq; leticia est. consternatiq; timores
Sedicioq; recens. dubioq; auctore susurri
Ipsa quid in celo rerum pelagoq; geratur
At tellure uidet. totumq; inquirit in orbem
Fecerat hec notum graias cum milite forti
Aduētare rates. neq; in expectatus in armis
Hostis adest. prohibētq; adit9. littusq; tuēt̄
Troes. et hectorea primus fataliter hasta
Protesilae cadis. cōmissaq; prelia magno
Stāt danais. fortesq; aīe. nec ꝯgnit9 hector
Nec phriges exiguo qc achaica dexteā possit
Sanguine senserunt. et iā signata rubebant
Littora. iam leto proles neptūnia cygnus
Mille uiros dederat. iā curr9 stabat achillis
Totaq; peliace sternebat cuspidis ictu
Agmīa. ꝑq; acies aut cygnū ā hectora q̄rēs
Cōgreditur cygno. decimū delat9 in annū
Hector erat. tum colla iugo canentia pressos
Exhortatus equos currum direxit in hostē
Concutiensq; suis uibrantia tela lacertis
Quisquis es o iuuenis dixit solamē habeto
Mortis. ab hemonio ꝙ sis iugulatus achille
Hacten9 eacides. uocē grauis hasta secuta ē
Sed q̄q̄ certa nullus fuit error in hasta
Nil tamen emissi profecit acumine ferri
Vtq; hebeti pectus tantūmodo cōtudit ictu
Nate dea. nam te fama prenouimus inquit
Ille. quid a nobis uulnus miraris abesse?
(Mirabatur enim) n̄ hec quā cernis equinis
Fulua iubis cassis nec on9 caua prama sinist
Auxilio mihi sunt decor ē q̄situs ab istis re
Mars quoꝫ ob hoc cape arma solꝫ r̄mouebi
Tegmīs officiū tn̄ indistrictis abibo t̄ oē
Est aliquid non esse satum nereide. sed qui
Nereaq; et natas et totum temperat equor
Dixit. et esurum clipey curuamine telum
Misit ī eacidē. quod et es et ꝓxima rūpit ē
Terga nouena boū. decimo tn̄ orbe moratū

Excipit hec heros. rursusq; trementia forti.
Tela manu torsit. rursus sine uulnere corp9
Sincerumq; fuit. nec tercia cuspis apertum
Et se prebentem ualuit distringere cygnum
Haud secus exarsit q̄ circo taurus aperto
Cum sua terribili petit iritamina cornu
Phemiceas uestes. elusaq; uulnera sentit:
Num tamē exciderit ferrum cōsiderat haste
Herebat ligno. manus ē mea debilis ergo.
Quasq; ait ante habuit uires effudit in uno
Nam certe ualuit uel cum lyrnesia primum
Menia deieci. uel cum tenedonq; suoq;
Solus echionias impleui sanguine thebas:
Vel cum purpureus populari cede caicus
Fluxit. opusq; mee bis sensit theleph9 haste
Hic quoq; tot cesis quorum p littus aceruos
Et fecit et uideo ualuit mea dextra. ualetq;.
Dixit. et āte actis ueluti male crederēt. hastā
Misit in aduersum lycia de plebe meneten:
Loricamq; simul subiectaq; pectora rupit.
Quo plāgēte grauē moribūdo pestore terrā.
Extrahit illud idem calido de uulnere telum.
Atq; ait hec man9 ē. hec q̄ mō uicim9 hasta:
Vtar in hoc ijsdem. sit in hoc p̄cor exit9 idē.
Sic fatur. cygnūq; petit. nec fraxinus errat:
Inq; humero sonuit non euitata sinistro:
Inde uelut muro solidaq; a caute repulsa ē
Qua tñ ictus erat. signatū sanguine cygnū
Viderat. et frustra fuerat gauisus achilles.
Vulnus erat nullū. sanguis fuit ille menete
Tum uero p̄ceps curru fremebūd9 ab alto.
Desilit. et nitido securū cōminus hostem
Ense petēs. parmam gladio galeāq; cauari
Cernit et in duro ledi quoq; corpore ferrū.
Haud tulit ulteri9. gladioq; aduersa reducto
Ter q̄ter ora uiri capulo caua tēpa pulsat
Cedentemq; sequens instat. turbatq;. ruitq;
Attonitoq; negat reqē. pauor occupat illū.
Ante oculosq; natant tenebre retroq; ferenti
Auersos passus medio lapis obstitit aruo.
Quē sup impulsum resupino corpe cygnū
Vi multa uertit. terreq; affixit achilles
Tū clipeo genibusq; p̄mens p̄cordia duris
Vincla trahit galee. q̄ presso subdita mēto
Elidunt fauces. et respiramen iterq;
Eripiunt anime. uictū spoliare parabat.
Arma relicta uidet. corp9 deus equoris albā
Contulit in uolucrē. cuius mō nomē hēbat
Hic labor hec requiē multoꝝ pugna dierū
Attulit. et positis pars utraq; substitit armis
Dūz uigil phrigyos seruat custodia muros
Et uigil argolicas seruat custodia fossos.
Festa dies aderat. qua cygni uictor achilles
Pallada mactate placabat sanguine uacce
Cuius ut imposuit prosecta calentibus aris
Et dijs acceptus penetrauit in ethere nidor.
Sacra tulere suam. ps est data cetera mensis
Discubuere toris proceres. et corpora tosta
Carne replent. uinoq; leuant curasq; sitimq;
Non illos cithare non illos carmina uocum
Longaq; multifori delectat tibia buxi.
Sed noctē sermone trahūt. uirtusq; loqn̄di
Materia est. pugnas referūt hostisq; suasq;.
Inq; uices adita atq; exhausta pericula sepe
Cōmemorare iuuat. qd em̄ loq̄ret achilles.
Aut quid aput magnū poti9 loq̄rēt achillē?
Proxima precipue domito uictoria cygno
In sermone fuit. uisum est mirabile cunctis
Quod iuuenis corpus nullo penetrabile telo
Inuictumq; a uulnere erat. ferrūq; terebat
Hoc ipse eacides hoc mirabantur achiui.
Cum sic nestor ait. uestro fuit unicus euo
Contemptor ferri. nulloq; forabilis ictu
Cygnus. at ipse olim patientē uulnera mille
Corpore non leso perrhebum cenea uidi:
Cenea perrhebū. qui factus inclitus othrim
Incoluit quoq; id mirū magis esset in illo
Femina natus erat. monstri nouitate mouet
Quisqs adē. narretz rogāt. quos īt achilles
Dic age (nā cūctis eadē est audire uolūtas)
O facunde senex cui prudentia nostri.
Quis fuerit ceneus? cur in contraria uersus
Qua tibi milicia cuius certamine pugne
Cognitus. a quo sit uictus. si uictus ab ullo ē
Tū senior. q̄uis obstet mihi lōga uetustas
Multaq; me fugiāt p̄mis spectata sub annis.

Plura tñ meīm: nec que magis hereat ulla
Pectore res nostro est inter belliq; domiq;
Acta tot: at si quē potuit spaciosa senectus
Spectatorem operū multorū reddere. uixi
Annos bis centū iam tertia uiuitur etas.
Clara decore fuit proles elatheia cenis
Thessalidū ꝺ̄go pulcherrīa. pq; propinq̄s
Perq; tuas urbes: tibi em̄ popularis achille
Multorum frustra uotis optata procorum:
Tētasset peleus thalamos quoq; forsitā illos
Sed iam aut cōtigerāt illi cōnubia matris:
Aut fuerant promissa tue: nec cenis in ullos
Denupsit thalamos. secretaq; littora carpēs
Equorei uim passa dei ē ita fama ferebat.
Vtq; noue ueneris neptūnus gaudia cepit
Sint tua uota licet dixit secura repulse.
Elige qd uoueas. eadē quoq; fama ferebat
Magnū cenis ait (facit hec iniuria uotum)
Tale pati da posse nihil. da femina ne simi.
Omnia prestiteris: g̃uiore nouissima duxit
Verba sono. poteratq; uiri uox illa uideri.
Sicut erat. nam iam uoto deus equoris alti
Annuerat. dederatq; super ne saucius ullis.
Vulneribus fieri. ferro ue occūbere posset.
Munere letus abit. studijsq; uirilibꝫ euum
Exigit atracides. peneiaq; arua pererrat.
Duxerat hippodamen audaci ixione natus.
Nubigenasq; feros positis ex ordine mensis
Arboribus tecto discumbere iusserat antro
Hemonij proceres aderāt. aderamus ⁊ ipsi
Festaq; confusa resonabat regia turba.
Ecce canūt hymeneō et ignibꝫ atria fumāt
Cūctaq; adest ꝺ̄go mr̄imq; nurūq; caterua
Presignis facie. felicem diximus illa
Cōiuge pirithoum. qd̄ pene fefellimꝰ omē
Nam tibi seuorum seuissime centaurorum
Eurite. q̄ uino pectus. tam uirgine uisa
Ardet. et ebrietas geminata libidine regnat
Protinus euerse turbant conuiuia mense.
Raptarq; comis p uim noua nupta p̄hensis.
Euritus hippodamē. alij quā qsq; probabāt
Aut poterāt rapiūt capteq; eāt urbis imago
Femineo clamore domus sonat. ocius oēs
Surgimus. et primus que uecordia theseus
Eurite pulsat ait: q me uiuente lacessas
Pirithoum. uiolasq; duos ignarus in uno
Neue ea mg̃naīmꝰ frustra meōrauerit heros
Sūmouet instantes. raptāq; furētibꝫ aufert
Ille nihil contra (neq; em̄ defendere uerbis
Talia facta potest) ꝫ uindicis ora proteruis
Insequitur maībꝫ. gērosaq; pectora pulsat
Forte fuit iuxta signis extantibus asper
Antiquus crater. quem uastum uastior ipse
Sustulit egides. aduersaq; misit in ora
Sāguīs ille globos piter cerebrūq; metūq;
Vulnē et ore uomēs madida r̄supinꝰ arena
Calcitrat. ardescūt germani cede bimēbres.
Certatimq; oēs uno ore arma arma loquūt
Vina dabāt animos. et p̄ma pocula pugna
Missa uolant. fragilesq; cadi curuiq; lebetes
Res epulis quondā nūc bello et cedibꝫ apte
Primꝰ ophionides amycꝰ peuatralia donis
Haud timuit spoliare suis. et p̄mus ab ede
Lampadibꝫ densum rapuit funale coruscis:
Elatumq; alte ueluti qui candida tauri
Rumpere sacrifica molitur colla securi
Illisit fronti lapite celadontis. et ossa
Non cognoscendo confusa reliquit in ore.
Exiliere oculi. dilectisq; ossibus oris
Acta retro natis. medioq; est fixa palato.
Huuc pede conuulso mense peleus acerne
Strauit humi belathes deiecto ī pectoā m̄to
Cūq; atro mixtos spumantē sanguine dētes
Vulnere tartareas geminato misit ad ūbras
Proximus ut steterat. spectās altaria uultu
Fumida terribili. cur non ait utimur istis?
Cūq; suis grineus immanem sustulit aram
Ignibus. et mediū lapitarum iecit in agmē
Oppressitq; duos brotean et orion. orio
Mater erat mycale quam deduxisse canēdo
Sepe reluctate constabat cornua lune
Non impune feres teli modo copia detur
Dixerat exadius. teliq; habet instar in alta
Que fuerant pinu uotiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici grineus lumina ramo.
Eruiturq; oculos. quorū pars cornibꝫ heret

Pars fluit ī barbā. cōcretaq; sanguīe pēdet
Ecce rapit medijs flagrātē rethus ab aris
Primiciū torrem dextraq; a parte charaxi
Tempora pfregit fuluo protecta capillo.
Correpti rapida ueluti seges arida flamma
Arserūt crines. et uulnere sanguis inustus
Terribilē stridore sonū dedit. ut daē ferret
Igne rubēs plerūq; solet. qd forcipe curua
Cū faber eduxit lacubus demittit at illud
Stridet. et intepida submersum sibilat ūda
Saucius hirsutis auidū de crinibus ignem
Excutit. inq; humeros limen tellure r̄uulsū
Tollit. on9 plaustri. qd ne pmittat ī hostē
Ipsa facit g̃uitas. sociū quoq; saxea moles
Oppressit spacio stantem propiore cometen
Gaudia nec r̄tinet rethus. sic comp̄cor inq̄t
Cetera sit fortis castrorum turba tuorum.
Semicremoq; nouat repetitū stipite uulnus.
Terq; quaterq; g̃ui iuncturas uerticis ictu
Rupit. et in liquido sederunt ossa cerebro
Victor ad euagrū corithūq; dryātaq; trāsit
Equibus ut prima tectus lanugine malas
Procubuit corithus. puero que gloria fuso
Parta tibi est euagrus ait: nec dicē rethus
Plura sinit. rutilasq; ferox inapta loquētis.
Cōdidit ora uiri perq; os in pectora flāmas
Te quoq; seue drya circū caput igne rotato
Insequitur. ſ; non in te quoq; cōstitit idem
Exitus assidue successu cedis ouantem
Qua iūcta ē hūero ceruix sude figis obusta
Ingemuit duroq; sudem uix osse reuellit
Rethus. et ipe suo madefact9 sanguīe fugit
Fugit et orneus. lycidasq;. et saucius armo
Dexteriore medon et cū pisenore thaumas
Quiq; pedū nuper certamine uicerat oēs
Mermeros. accepto tum uulnē tardi9 ibat
Et phol9. et mēale9. et abas p̄dator aprorū.
Quiq; suis frustra bellū dissuaserat augur
Astylos ille eciam metuenti uulnera nesso
Ne fuge. ad herculeos īquit seruaberis arc9
At nō eurymon9 licidasq; et areos et ībreus
Effugere necē. quos oēs dextera dryantis
Perculit aduersos. aduersū tu quoq; q̄uis
Terga fuge dederas uulnus cenee tulisti.
Nā graue respiciēs inter duo lumina ferrū.
Qua naris fronti conmittitur accipis ime.
In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat
Sopitus uenis et inexperrectus aphidas.
Languētiq; manu carchesia mixta tenebat
Fusus in ossee uillosis pellibus urse. uētē
Quē procul ut uidit frustra nulla arma mo
Inserit a mento digitos. miscendaq; dixit
Cū styge uina bibes phorbas. nec pl̄a locu
In iuuenē torsit iaculū. ferrataq; collo tus
Fraxinus ut casu iacuit resupin9 adacta est
Mors caruit sensu. plēoq; e gutture fluxit.
Inq; toros inq; ip̄a niger carchesia sāguis
Vidi ego petreum conantē euellere terra
Glandiferā quercū. quā dū cōpexibꝫ ambit
Et quatit huc illuc: labefactaq; corpa pulsat.
Lancea pirithoi costis immissa petrei
Pectora cum duro luctantia robore fixit:
Pirithoi cecidisse lycum uirtute ferebant:
Pirithoi uirtute chromin. ſ; uterq; minorē
Victori titulum q̄ dictis helopsq; dederunt
Fixus helops iaculo ē: quod puia tēpa fecit.
Et missum a dextra leuā penetrauit ad aurē
Dictis ab ancipiti delapsus acumine montis
Dū fugit instantē trepidans ixione natum
Decidit in preceps. et pōdere corpis ornum
Ingentē fregit. suaq; induit ilia fracte.
Vltor adest phareus. saxūq; e mōte r̄uulsū
Mittere conatur. mittentem stipite querno
Occupat egides. cubitiq; ingentia fregit
Ossa. nec ulterius dare corpus inutile leto
Aut uacat aut curat. tergoq; bianoris alti
Insilit. haud solito quenq̄ portaē nisi ipsū.
Opposuitq; genu costis. prensamq; sinistra
Cesariem retinens uultum minitantiaq; ora
Robore nodoso preduraq; tempora fregit.
Robore nedimnum iaculatoremq; lycepen
Sternit. et īmissa protectum pectora barba
Hippason. et summis extātem riphea siluis
Thereaq; emonijs qui prēsos mōtibꝫ ursos
Ferre domum uiuos indignantesq; solebat
Haud tulit utentem pugne successibꝫ ultra

Thesea demoleon. solidoq; reuellere dumo
Annosam pinum magno molimine tentat.
Quod quia nō potuit p̄fractā misit in hostē
Sed procul a telo theseus uemente recessit
Palladis admonitu (credi sic ipse uolebat)
Nō tamē arbor iners cecidit. nā grātoris alti
Abscidit iugulo pectusq; humerūq; sinistrū.
Armiger ille tui fuerat genitoris achilles.
Quē dolopū rcōr bello supatus aminthor
Aeacide dederat pacis pignusq; fidemq;
Hūc procul ut fedo disiectū uulnere peleus
Vidit. at inferias iuuenum g̃tissime grātor
Accipe ait. ualidoq; in demoleonta lacerto
Fraxineā misit mētis quoq; uiribus hastam.
Que laterum cratem prupit. et ossibꝫ herēs
Intremuit trahit ille maū sine cuspide lignū
Id quoq; uix seqtur. cuspis pulmoē t̄tēta ē.
Ipse dolor uires animo dabat. eger ī hostē
Erigitur pedibusq; uirū proculcat equinis.
Excipit ille ictus galea clypeoq; sonantes.
Defensatq; hūeros. p̄tētaq; sustinet arma.
Perq; armos uno duo pectora perforat ictu
Ante tamē leto dederat phelegreō. et hylen
Eminus hiphinoum collato marte daninq;
Addit̄ his dorylas. qui tēpa tecta gerebat
Pelle lupi. seuiq; uicem prestantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.
Huic ego. (nā uires aīꝰ dabat). sapice dixi
Quantū cōcedant nostro tua cornua ferro
Et iaculū torsi. quod cum uitare nequiret.
Opposuit dextram passure uulnera fronti.
Affixa ē cū fronte manꝰ. fit clamor. at illū
Herentem peleus et acerbo uulnere uictum
(Stabat eī propior) mediā ferit ēse sub aluū
Prosiliit terraq; ferox sua uulnera traxit.
Tractaq; calcauit. calcataq; rupit. et illis
Crura quoq; impediit. et inani cōcidit aluo
Nec te pugnantē tua cillare forma redemit.
Si mō nature formā cōcedimus illi reaq;
Barba erat īcipiens barbe color aureus. au/
Ex hūeris medios coma depēdebat ī armos
Gratus ī ore uigor. ceruix hūeriq; maūsq;
Pectoraq; artificū laudatis proxima signis
Ex qua pte uir ē. neq; equi mēdosa sub illo
Deteriorq; uiro facies. da colla caputq;
Castore dignus erit. sic tergū sessile. sic sunt
Pectora celsa toris. totus pice nigrior atra.
Cādida cauda tñ. color ē quoq; cruribꝫ albꝫ
Multe illum petiere sua de gente. sed una
Abstulit hylonome. qua nulla decētior inter
Semiferas altis habitauit femina siluis
Hec et blādicijs et amādo et amare fatēdo
Cillarō una tenet. cultus quoq; quātus ī ills
Esse pōt mēbris. ut sit coma pectine lenis.
Vt mō rore maris. mō se uiola ue rosa ue
Implicet. interdum canentia lilia gestet.
Bisq; die lapsis pagasee uertice silue
Fōtibꝫ ora lauet. bis flumine corpa tingat.
Nec nisi q̄ deceant electarumq; ferarum
Aut hūero aut lateri. p̄tendat uellera leuo
Par amor est illis. errant in montibus una
Antra simul subeunt. et tum lapiteia tecta
Intrarant pariter. piter fera bella gerebant
Auctor in incerto est. iaculū de pte sinistra.
Venit. et inferius q̄ collo pectora subsunt.
Cillare te fixit. paruo cor uulnere lesum
Corpore cum toto post tela educta refrixit.
Protinus hylonome moriētes excipit artus
Impositaq; maū uulnus fouet. oraq; ad ora
Admouet. atq; anime fugiēti obsistere tētat
Vt uidet extinctū: dictis q̄ clamor ad aures
Arcuit ire meas. telo quod inheserat illi
Incubuit. moriēsq; suū cōplexa maritū est.
Ante oculos stat et ille mōs. qui seua leonū
Vinxerat inter se cōnexis uellera nodis
Pheocomes. hōmēq; simul ꝓtectus equūq;
Codice q misso quē uix iuga bina mouerēt.
Juncta phonoleniden a sūmo uertice fregit
(Fracta uolubilitas capitis latissima. pq; os
Perq; cauas nares oculos auresq; cerebrū.
Molle fluit ueluti cōcretū numine querno.
Lac solet. ut ue liquor rari sub pōdere cribri
Manat. et exp̄mitur p dēsa foramīa spissus)
Ast ego dū parat hic armis nudare iacentē
(Scit tuꝰ hoc geītor). gladiū spoliātis ī ima
Ilia demisi. thomius quoq; theleboasq;

Euse iacent nostro. tamū prior ille bifurcum
Gesserat. hic iaculū. iaclo mihi uulnera fecit
Signa uides. appet adhuc uet9 īde cicatrix.
Tūc ego debuerā capiēda ad pgama mittit
Tunc poterā magni si non superare. morari
Hectoris arma meis. illo sed tēpore nullus
Aut puer hector erat. nūc me mīa deficit etas
Quid tibi uictorē gemini periphāta pyreti.
Amphica q̄d referā? qui q̄drupedātis oecli
Fixit in aduerso cornū sine cuspide uultu.
Vecte peletrom9 macare9 ī pectus adacto
Strauit eridupum. meīni et uenabula cōdi
Inguine nesei manibus cōiecta cymeli.
Nec tu credideris tātum cecinisse futura
Amphitidē mopsū: mopso iaclāte biformis
Occubuit. frustraq; loqui tentauit odites.
Ad mentū lingua. mentoq; ad guttura fixo
Quīq; neci cene9 dedeāt. stiphelūq; bromūq;
Antīachūq; helimūq; securiferūq; pyramē
Vulnera nō meīni. numerꝝ nomēq; notaui.
Prouolat emathij spolijs armatus alesi.
Quē dederat leto mēbris et corpe latreus
Maximus huic etas inter iuuenēq; senēq;.
Vis iuuenilis erat. uariabant tēpora cani.
Qui clipeo gladioq; macedoniaq; sarissa
Cōspicuus. faciēq; obuersus ī agmē utrūq;
Armaq; cōcussit. certūq; equitauit ī orbem.
Verbaq; tot fudit uacuas aīosus in auras.
Et te ceni feram. nā tu mihi femina semper
Tu mihi cenis eris. nec te natalis origo
Conmouit. mentemq; subit quo p̄mia facto
Quaq; uiri falsam speciem mercede pararis
Quid uel nata uide. ul' quid sis passa colūq;
Icape cū calathis. et stamina pollice torque
Bella relinque uiris. iactanti talia ceneus
Extentum cursu missa latus eruit hasta.
Qua uir equo ɔmissus erat. furit ille doloē
Nudaq; philei iuuenis ferit ossa sarissa.
Nō secus hec resilit q̄ tecti a culmīe grādo.
Aut si q̄s paruo feriat caua tympana saxo.
Cōminus aggreditur. lateriq; recōdē duro
Luctatur gladiū. gladio loca peruia nō fūt
Haud tn̄ effugies. medio ingulaberis ense.

Qn̄q̄dē mucro ē hebes inquit. et ī lat9 ensē
Obliquat. longaq; amplectitur ilia dextra.
Plaga facit gemit9 ut corpe marmoris icti
Fractaq; dissiliit percusso lamina collo
Vt satis illesos miranti prebuit artus
Nūc age ait ceneus nostro tua corpa ferro
Tentemus. capuloq; tenus demisit ī armos
Ensem fatiferum. cecamq; in uiscera mouit
Versauitq; manū. uulnusq; in uulnere fecit.
Ecce ruūt uasto trepidi clamore bimēbres.
Telaq; in hūc om̄es unū mittūtq; ferūtq;.
Tela recusa cadūt. manet īpfossus ab omni
Inq; cruentatus ceneus elateius ictu.
Fecerat attonitos noua r̄s. heu dedec9 īgēs
Monycus exclamat pplus supamur ab uno
Vixq; uiro. q̄q̄ ille uir ē. nos segnibꝰ actis
Quod fuit ille sum9. qc mbra īmania ꝓfūt
Quid gemine uires. et quid fortissima rerꝝ
In nobis duplex natura animalia iunxit?
Nec nos matre. nec nos ixione natos
Esse reor. qui tantus erat iunonis ut alte
Spē capet. nos semimari supamur ab hoste
Saxa trabesq; sup totosq; inuoluite montes
Viuacemq; animam missis elidite siluis.
Silua premat fauces. et erit ꝓ uulnē pōdus
Dixit. et insani deiectam uiribus austri.
Forte trabem nactus ualidū cōiecit in hostē
Exemplūq; fuit. paruoq; in tempore nudus
Arboribꝰ othris erat. nec hēbat peliō ūbras
Obrutus īmani cumulo sub pōdere ceneus
Aestuat arboreo. cōiectaq; robora duris
Fert humeris. ꝫ enī postq̄ sup ora caputq;
Creuit on9. nec hꝫ quas ducat spūs auras.
Deficit interdum modo se sup aera frustra
Tollere conatur. iactasque soluere siluas
Interdūq; mouet. ueluti quā cernim9 ecce
Ardua si terre quatiatur motibus ide.
Exitus in dubio est. alij sub inania corpus
Tartara detrusum siluarum mole ferebant
Abnuit āphitides. medioq; ex aggere fuluis
Vidit auem pēnis liqdas exire sub auras.
Que mihi tūc primū tūc ē cōspecta sup̄mū
Hanc ubi lustrantem leni sua castra uolatu

Mopsus. et ingenti circū clamore sonantem
Aspexit. pariterq; oculis animoq; secutus
O salue dixit lapitee gloria gentis
Maxime uir quōdā ꝫ auis nūc unica ceneu
Credita res auctore suo ē. dolor addidit irā.
Oppressumq; egre tulim9 tot ab hostib9 unū
Nec prius abstitimus ferro exercere dolorē
Quā data ps leto: partē fuga noxq; r̄mouit
Hec inter lapitas et semihomīes centauros
Prelia triptolemus pylio referēte dolorē
Preteriti alcide tacito non pertulit ore.
Atq; ait. herculee mirum est obliuia laudis
Acta tibi senior. certe mihi sepe referre
Nubigenas domitos a se pater ipe solebat
Tristis ad hec pyli9. qc me meīnisse malorū
Cogis? et obductos ānis r̄stringere luct9?
Inq; tuū genitorem odiuz offensasq; fateri?
Ille quidē maiora fide quoz gessit. et orbem
Impleuit meritis. quod mallē posse negare
Sed neq; deiphebū nec polydamāta nec ipm
Hectora laudamus qs eī laudauerit hostē?
Ille tuus genitor messenia menia quōdam
Strauit. et immeritas urbes elinq; pylumq;
Diruit. inq; meos ferrū flamasq; penates
Impulit. utq; alios taceam quos ille pemit
Bis sex neleide fuimus cōspecta iuuentus.
Bis sex herculeis ceciderunt me minus uno
Viribus atq; alios uinci potuisse ferendū ē
Mira perichimeni mors ē. cui posse figuras
Sumere. q̄s uellet. rursusq; r̄ponere sūptas
Neptunus dederat. nelei sanguinis auctor.
Hic ubi nequicq̄ ē formas uersatus in oēs:
Vertitur in faciē uolucris q̄ fulmina curuis
Ferre solet pedibus diuum gratissima regi.
Viribus usus auis pennis rostroq; redunco
Hamatisq; uiri laniauerat unguibus ora.
Tēdit in hūc nimiū certos tirynthus arcus
Atq; inter nubes sublimia membra ferentē
Pendentēq; ferit lateri qua iungitur ala.
Nec g̃ue uulnus erat. ꝫ rupti uulnere nerui
Deficiuit: uiresq; negāt: motumq; uolandi.
Decidit in terram non cōcipientibus auras
Infirmis pennis: et qua leuis heserat ale
Corporis affixi pressa est grauitate sagitta.
Perq; lat9 summū iugulo ē exacta sinistro
Num uideor debere tui preconia rebus
Herculeo rhodie ductor pulcherrime classis
Non tamen ulterius q̄ fortia facta silendo
Vlciscar fratres solida est mihi gratia tecū.
Hec postq̄ dulci neleius edidit ore:
A sermone senis repetito munere bacchi
Surrexere toris: nox est data cetera somno.
At deus equoreas. qui cuspide tēperat ūdas
In uolucrem corpus nati cygneida uersum
Mēte dolet patria seuumq; posus achillem
Exercet memores plus q̄ ciuiliter iras.
Iamq; fere tacto duo per quīquēnia bello
Talib9 intonsum cōpellat smynthea dictis
O mihi de fratris longe carissime natis.
Irita qui mecum posuisti menia troie
Ecquid. ubi asiacas casuras aspicis arces
Ingemis? aut ecquid tot defendētia muros
Milia cesa doles? ecquid ne psequar omēs
Hectoris ūbra subit circū sua pgama tracti
Cum tamen ille ferox belloq; cruentior ipso
Viuit adhuc operis nr̄i populator achilles
Det mihi se faxo triplici qd cuspide possim
Sentiat. et quoniā cōcurrere cōminus hosti
Nō datur. occulta nec opinum pde sagitta.
Annuit. atq; animo pariter patruiq; suoq;:
Delius indulgēs nebula uelatus in agmen
Peruenit illiacum. mediaq; in cede uirorum
Rara p ignotos spargentem cernit achiuos
Tela parim. fassusq; deū quid spicula pdis
Sāguine plebis ait? si q̄ est tibi cura tuorū.
Vertere in eaciden. cesosq; ulciscere fratres
Dixit: et ostendēs sternentem troica ferro
Corpa peliden arcus obuertit in illum.
Certaq; letifera direxit spicula dextra
Quo p̄am9 gaudē senex p9 hectora posset.
Hoc fuit. ille igitur tantorum uictor achille:
Victus es a timido graie raptore marite
At si femineo fuerat tibi marte cadendum
Termodoōtica malles cecidisse securi.
Iaz timor ille phrygū decus ⁊ tutela pelasgi
Nominis eacides caput insuperabile bello

Arserat. armarat deus idē. idēq; cremarat.
Iā cinis ē. et de tam magno restat achille
Nescio q̄d puā quod nō bene cōpleat urnā.
At uiuit totum que gloria cōpleat orbem.
Hec illi mensura uiro respondet. et hec est.
Par tibi pellide. nec inania tartara sentit
Ipse eciā. ut cuius fuerit cognoscere posses
Bella mouet clypeꝰ. deq; armis arma ferūt
Non ea tytides. non audet oileus aiax.
Non minor atrides. nō bello maior et euo.
Poscere non alij. soli telamone creato
Laerteq; fuit tante fiducia laudis.
Ase tantalides onus inuidiamq; remouit
Argolicosq; duces medijs cōsidere castris
Jussit. et arbitrium litis traiecit in omnes:

Publij Ouidij Nasonis Metamorphoseos Liber decimustercius.

Onsedere duces et uulgi stante corona
Surgit ad hos clypei dominus septemplicis aiax
Vtq; erat impaciēs ire. sygeia toruo
Littora ꝓspexit. classemq; in littore uultu
Intēdēsq; manꝰ. agmiꝰ proh iuppiter inq̄t
Ante rates causam. et mecū cōfertur ulixes
At nō hectoreis dubitauit cedere flammis.
Quos ego sustinui. q̄s hac a classe fugaui.
Tutiua est igitur fictis contendere nerbis.
Quā pugnaē maū. ꝫ nec mihi dicē ꝓmptū
Nec facere ē isti. quātūq; ego marte feroci
Inq; acie ualeo. tantum ualet iste loquendo
Nec meōrāda tamē uobis mea fctā pelasgi
Esse reor (uidistis enim) sua narret ulixes.
Que sine teste gerit. quorū nox cōscia sola ē
Hostiliq; caput prece detestatur euntis
Pycteam profugo curru trozena petebam:
Jamq; corinthiaci carpebam littora ponti.
Cum mare surrexit cumulusq; īmanis aq̄ꝝ
In montis speciem curuari et crescere iussus:
Et dare mugitus: summoq; cacumine findi
Corniger hinc taurus ruptis expellitur ūdis
Pectoribusq; tenus molles ercteus in auras
Naribus et patulo ꝑtem maris euomit ore.
Corda pauēt comitū. mihi mēs īterita māsit
Exiliis contenta suis. quum colla feroces
Ad freta cōuertunt. erectisq; auribꝫ horrent
Quadrupedes: mōstriq; metu r̄bant̄: et altis
Precipitāt currū scopulis: ego ducere uarra
Frena manu spumis albentibꝫ oblita luctor:
Et retro lentas tendo resupinus habenas
Nec uires tn̄ has rabies superasset equorū.
Ni rota perpetuum: que circūuertitur axem
Stipitis occursu fracta ac disiecta fuisset.
Excutior curru. lorisq; tenentibus artus
Viscera uiua trahi: neruosq; in stirpe teneri.
Membra rapi partim: partim reprēsa relinq
Ossa g̃uē dare fracta sonū: fessamq; uideres
Exhalare animā: nullasq; in corpore partes
Noscere q̄s posses: unūq; erat omnia uulnꝰ.
Num potes aut audes cladi cōponere nostre
Nympha tuā? uidi quoꝫ loce carētia regna
Et lacerū foui phlegetontide corpꝰ in unda
Nec. nisi apollinee ualido medicamine ꝓlis
Reddita uita foret: quā postq̄ fortibꝫ herbis
Atq; ope peonia dite indignante recepi
Tum mihi ne p̄sens augerē muneris huius
Inuidiam: densas obiecit cynthia nubes.
Vtq; forem tutus: possemq; impune uideri.
Addidit etatem. nec cognoscenda reliquit
Ora mihi: cretēnq; diu dubitauit habēdam
Traderet an delon: delo cretaq; relictis
Hic posuit. nomenq; sil' quod possit equorū
Admonuisse iubet deponere: quiq; fuisti
Hippolytus dixit: nunc idem uirbius esto.
Hoc nemꝰ inde colo: de dijsq; minoribꝫ unꝰ
Numine sub domine lateo: atq; assentior illi
Non tamen egerie luctus aliena leuare
Damna ualēt: montisq; iacens radicibꝫ imis
Liquitur in lachrimas: donec pietate dolētis
Mota soror phebi gelidum de corpore fontē
Fecit. et eternas artus tenuauit in undas.

At nymphas tetigit noua res. et aāsone natꝰ
Haud aliter stupuit. q̄ꝫ quū tyrrenus arator
Fatalem glebam motis aspexit in aruis
Sponte sua primū nulloq; agitante moueri
Sumere mox hominis. terreq; amittere̅ forā̄ꝫ
Oraq; uenturis aperire recentia fatis.
Indigene dixere tagen. qui p̄mus etruscā
Edocuit gentem. casusq; aperire futuros:
Vtq; palatinis herentem collibus olim
Cum subito uidit frondescer omulꝰ hastā
Que radice noua non ferr abat adacto.
Et iam nō telum. sed lenti uiminis arbor
Non exspectatas dabat admirantibus ūbras
Aut sua fluminea quū uidit cipus in unda
Cornua (uidit eī) falsamq; ī imagine credēs
Esse fidem. digitis ad frontem sepe relatis
Que uidit tetigit. nec iam sua lumina dānās
Restitit. ut uictor domito ueniebat ab hoste
Ad celumq; oculos et eodē cornua tollens
Quiquid agit superi monstro portendit̄ isto
Seu letum est. patrie letum populoq; grini
Siue minax mihi sit. uiridqi; ex cespite fctās
Placat odoratis herbosas ignibus aras
Vinaq; dat pateris. mactarūq; bidendum
Quid sibi significēt trepidantia cōsulit exta
Que simul aspexit tyrrhene gentis aruspex.
Magna quidem rerum molimina uidit ī illis
Non manifesta tamen. cū uero sustulit acre
A pecudis fibris ad cipi cornua lumen
Rex ait o salue. tibi enim tibi cipe tuisq;
Hic locus et latie parebunt cornibus arces
Tu mō rumpe morā. portasq; intrare patētes
Ad ꝓpera sic fata iubēt. nanq; urbe receptus
Rex eris. et sceptro tutus potiere perenni:
Rettulit ille pedem. toruāq; a menibꝰ urbis
Auertens faciem. ꝓcul o procul omnia dixit
Talia dij pellant. multoq; ego iustius euuū
Exul agam: q̄ꝫ me uideant capitolia regem:
Dixit. et extēplo populūq; g̅uemq; senatū
Cōuocat. āte tamē capitis noua cornua frōdē
Velat. et aggeribus factis a milite forti
Insistit. priscoq; deos e more precatus
Est ait hic unus. quem uos nisi pellitis urbe:
Rex erit. is q̄m sit signo non nomine dicā
Cornua frōte gerit. q̄ꝫ uobis indicat augur
Si romam intrarit famularia iura daturum
Ille quidem potuit portas irrūpere apertas.
Sed nos obstitimus. q̄ꝫuis coniunctior illo
Nemo mihi ē: uos urbe uirū ꝓhibete qrites
Vel si dignus erit grauibus uincite catenis
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia succinctis ubi trux insibilat eurus
Murmura pinetis fiunt: aut qualia fluctus
Equorei faciunt: si quis ꝓcul audiat illos
Tale sonat populus: sed per cōfusa tremētis
Verba tamē uulgi uox eminet una q̄s ille ē:
Et spectant frontes: p̄dictaq; cornua querēt
Rursus ad hos cipꝰ q̄ꝫ poscitis inq̄t habetis
Et dempta capiti populo ꝓhibente corona
Exibuit gemino p̄signia tempora cornu.
Demisere oculos omnes. gemitumq; dedere
Atq; illud meritis claꝝ (quis credere possit)
Inuiti uidere caput. nec honore carere
Vlterius passi festam imposuere coronam
At proceres quoniaꝫ muros intrare uetares
Ruris honorati tantum tibi cipe dedere
Quantum depresso subiectis bobus aratro
Complecti posses ad finem lucis ab ortu.
Cornuaq; auratis miram referentia formam
Postibus insculpunt lōgū mansura ꝑ euuū
Pandite nūc muse p̄sentia numina uatum.
(Scitis em̄: nec uos fallit spatiosa uetustas)
Vnde coroniden circunflua thybridis alti
Insula romulee sacris adiecerit urbis
Dira lues quondam latias uitiauerat auras.
Pallidaq; exangui squallebāt corpa morbo
Funeribus fessi postq̄ꝫ mortalia cernunt
Tentamēta nihil: nihil artes posse medentū
Auxilium celeste petunt: mediamq; tenentis
Orbis humū delphos adeunt oracula phebi
Vtq; salutifera miseris succurrere rebus
Sorte uelit: tanteq; urbis mala finiat. orant
Et locus et lanrꝰ. et q̄s habet ip̄e pharetras
Intremuere simul: cortinaq; reddidit imo
Hāc adyto uocem pauefactaq; corpa mouit
Quod petis hinc ꝓpior̄ loco romane petisses

Et pete nūc ꝓpiore loco. nec apolline vobis
Qui minuat luctus opus est. ꝫ apolline nato
Ite bonis auibus: ꝓlemq; accersite nostram
Iussa dei prudens postq̄ accepere senatus:
Quā colat explorat iuuenis phebeius urbē.
Quiq; petāt uentis epidauria littora mittūt
Que simul incurua missi tetigere carina.
Concilium graiosq; patres adiere. darentq;
Orauere deum. qui presens funera gentis
Finiat ausonie. certant adijcere sortes:
Dissidet. et uariat sentencia. parsq; negandū
Non putat auxilium. multi retinere: suamq;
Nō emittere opē: nec numina tradere suadēt
Dum dubitāt serā pepulere crepuscula lucē:
Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi:
Qum deus in somnis opifer consistere uisus
Ante tuum romane torum ꝫ qualis in ede
Esse solet. baculumq; tenēs agreste sinistra
Cesariem longe dextra deducere barbe.
Et placido tales emittere pectore uoces.
Pone metū ueniā simulacraq; nostra r̄linq̄
Hūc mō serpētē baculū qui nexibus ambit:
Perspice. et usq; nota uisū ut ꝯgnoscē possis
Vertar in hūc. ꝫ maior ero. tantusq; uidebor
In quātū verti celestia corpora debent
Extemplo cum uoce deus. cum uoce deoq;
Sōnus abit. somniq; fugā lux alma secuta ē
Postera sydereos aurora fugauerat ignes.
Incerti quid agant proceres ad tēpla petiti.
Conueniūt operosa dei. quaq; ipse morari
Sede uelit. signis celestibus indicet. orant.
Vix bene desierant. quū cristis aureus altis
In serpente deus prenuncia sibila mouit.
Aduentuq; suo signumq; arasq; foresq;.
Marmoreumq; solū fastigiaq; aurea mouit.
Pectoribusq; tenus media sublimis in ede
Constitit. atq; oculos circūtulit igne micātes
Terita turba pauet. cognouit numina castꝰ
Euinctus uicta crines albente sacerdos
En deus est. deus ē. animis linguisq; fauetē
Quisquis adest dixit. sis o pulcherrime uisus
Vtiliter. populosq; iuues tua sacra colentes.
Quisquis adest. uisum uenerāt̄ numē. et oēs

Verba sacerdotis referunt geminata. piūq;
Eneade prestant. et uoce et mente fauorem.
Annuit his. motisq; deus rata pignora cristis
Et repetita dedit uibrata sibila lingua.
Tum gradibus nitidis elabitur. oraq; retro
Flectit. et antiquas abiturus respicit aras
Assuetasq; domos. habitataq; templa salutat
Inde per iniectis adopertam floribus ingēs
Serpit humū flectitq; sinus. mediāq; ꝑ urbē
Tendit. et incuruo munitos aggere portus.
Restitit hic. agmēq; suū turbeq; sequentis
Officium placido uisus dimittere nultu
Corpus in ausonia posuit rate. numinis illa
Sensit onus. pressaq; dei grauitate carina
Eneade gaudent. cesoq; in littore tauro
Torta coronate soluunt retinacula nauis
Impulerat leuis aura ratē. deus eminet alte
Impositaq; p̄mens puppim cernice recuruā:
Ceruleas despectat aquas: modicisq; ꝑ equor
Ionium zephyris sexte pallantidos ortu.
Italiam tenuit. preterq; lacinia templa
Mobilitate dea. scyllea littora fertur
Linquit iapygiam. leuisq; amphisia remis
Saxa fugit dextra prerupta celennia parte
Romechiumq; legit. caulonaq;. naritiamq;.
Euincitq; fretum siculiq; angusta pelori.
Hippotadeq; doōs regis themesesq; metalla
Leucosiamq; petit. tepidiq; rosaria pesti.
Inde legit capreas. ꝓmontoriumq; minerue
Et surrhentinos generose palmite colles.
Herculeamq; urbē. stabiasq; et in ocia natā
Parthenopen. et ab hac cumee tēpla sibille.
Hinc calidi fontes lentisciferumq; tenetur
Linternū multāq; trahens sub gurgite arenā
Vulturnus. niueisq; freq̄ꝫs sinuessa colubris
Minturneq; graues. et q̄ꝫ tumulauit alūnus
Antiphateq; domꝰ. trachasq; obsessa palude
Et tellus circea. et spissi littoris ancon
Huc ubi ueliferā nauite aduertere carinam.
(Asper em̄ iā pōtꝰ erat) deus explicat orbes
Perq; sinus crebros. et magna uoluīa labēs
Templa parentis init flauū tāgentia littus
Equore placato patrias epidaurius aras

Linquit. et hospicio iūcti sibi numinis usus
Littoreā tractu squame crepitantis harenā
Sulcat. ⁊ innixus moderamine nauis ī alta
Puppe caput posuit. donec castrꝝq sacrasq
Lauini sedes. tyberinaq ad hostia uenit.
Huc oēs populi passim matrumq patrūq
Obuia turba ruit. queq ignes troica seruat
Vesta tuos. letoq deum clamore salutant
Quaq ꝑ aduersas nauis cita ducitur ūdas
Thura super ripas aris ex ordine factis
Parte ab utrasq sonāt. ⁊ odorāt aera fumis
Ictaq coniectos incalfacit hostia cultros.
Iamq caput rerū romanā intrauerat urbē
Erigitur serpens summoq accliuia malo
Colla monet. sedesq sibi circumspicit aptas
Scinditur in gemīas ꝑtes circūfluus amnis
Insula nomē habet. laterumq a ꝑte duorū
Porrigit equales media tellure lacertos.
Huc se delata pinu phebeius anguis
Contulit. et finem specie celeste resumpta
Luctibus imposuit. uenitq salutifer urbi.
Hic tamen accessit delubris aduena nostris
Cesar in urbe sua deus ē. quē marte togaq
Precipuum nō bella magis finita triūphis
Resq domi geste properataq gloria rerum
In sydus uertere nouū. stellamq comantē.
Quā sua ꝓgenies. nec em̄ de cesaris actis
Vllū magis opus. q̄ꝫ ꝙ pater extitit huius
Scilicet equoreos plus ē domuisse britānos
Perq papiriferi septemflua flumina nili
Victrices egisse rates. numidasq rebelles
Cinyphiumq iubam. mitridateisq tumētē
Nominibus pontū populo adiecisse quirini
Et mltos meruisse. aliquos egisse triūphos
Quam tātū genuisse uirū. quo preside rerū
Humano generi superi fauistis abunde.
Ni foret hic igitur mortali semine natus.
Ille deus faciēdus erat. quod ut aurea uidit
Aenee genitrix. uidit quoq triste parari
Pontifici letum. et cōiurata arma moueri.
Palluit. et cūctis ut cuiq erat obuia diuis
Aspice dicebat quanta mihi mole parentur
Insidie. quātaq caput cum fraude petatur.

Quod de dardanio solum mihi restat iulo.
Sola ne semper ero iustis exercita curis?
Quā modo tytide calidonia uulneret hasta
Nunc male defense confundat menia troie
Que uideam natū longis erroribus actum
Iactariq freto. sedesq intrare silentum
Bellaq cū turno gerere. ā si uera fatemur.
Cū iunone magis: quid nūc ātiqua r̄cordor
Dāna mei generis? timor hic memīsse ꝑorū
Nō sinit. ī me acui sceleratos ceruitis enses
Quos ꝓhibere p̄cor. facinusq r̄pellite. ne ue
Cede sacerdotis flammas extinguite ueste.
Talia nequicq̄ toto uenus anxia celo
Verba iacit. suposq mouet. qui rūpere q̄q̄
Ferrea uon possunt ueterū decreta sororum
Signa tamē luctus dāt haud incerta futuri
Arma ferūt inter nigras crepitātia nubes:
Teribilesq tubas auditaq cornua celo
Premonuisse nefas. sol quoq tristis imago
Lurida sollicitis prebebat lumina teeris:
Sepe faces uise mediis ardere sub astris:
Sepe inter nimbos gutte cecidere cruente.
Cerulus et uultum ferrugine lucifer atra
Sparsus erat. sparsi lūares sanguine currus
Tristia mille locis stygius dedit omīa bubo
Mille locis lachrimauit ebur. cāt9q ferūtur
Auditi. sanctis et uerba minantia lucis.
Victīa nulla litat. magnosq īstare tumlt9
Fibra mouet. cefūq caput reperitur in extis
Inq foro circūq deos. et templa deorum
Nocturnos ululasse canes. umbrasq silentū
Errauisse ferūt. motāq tremoribus urbem
Non tamen insidias uenturaq uincere fata
Premonitus potuere deū. strictiq ferūtur
In tēplū gladij. nec em̄ locus ullus in urbe
Ad facinus diramq placet insi curia cedem
Tum uero cytherea manu percussit utraq
Pectus. et etherea molitur condere nube
Qua prius in festo paris est ereptus etride
Et diomedeos eneas fugerat enses.
Talibus hāc genitor. sola insuperabile fatū
Nata mouere paras? intres licet ipa sororū
Tecta trium. cernes illic molimine uasto

Ex ere: et solido rerum tabularia ferro:
Que neq; cōcussum celi. neq; fulminis iram.
Nec metuunt ullas tuta atq; eterna ruinas
Inuenies illic incisa adamante perenni
Fata tui generis. legi ipse animoq; notaui.
Et referam ne sis etiam num ignara futuri
Hic sua cōpleuit pro quo cytherea laboras
Tempora pfectis quos terre debuit amnis
Vt deus accedat celo templisq; colatur
Tu facies: natusq; suus qui nominis heres
Impositum feret unus onus. cesiq; parentis
Nos in bella suos fortissimus ultor habebit:
Illius auspiciis obsesse menia pacem
Victa petent mutine. pharsalia sentiet illum
Emathijq; iterum madescent cede philippi.
Et magnū siculis nomen superabitur undis.
Romaniq; ducis coniunx egipcia tede
Non bn̄ fixa cadet. frustraq; erit illa minata
Seruitura suo capitolia nostra canopo.
Quid tibi babariā gētesq; ab utroq; iacētes
Oceano numerē? quodcūq; habitabile tell9
Sustinet huius erit. pontus quoz seruiet illi
Pace data terris animum ad ciuilia uertet
Iura suum. legesq; feret iustissimus auctor.
Exemploq; suo mores reget. inq; futuri
Temporis etatem uenturorumq; nepotum
Prospiciens p'lem sancta de uirgine natam
Ferre simul nomenq; suum curasq; iubebit.
Nec nisi cum senior similes equauerit ānos
Ethereas sedes cognataq; sydera tanget
Hanc animam interea ceso de corpe raptā.
Fac iubar ut semper capitolia nostra forūq;
Diuus ab excelsa prospectet iulius ede
Vix ea fatus erat. media quum sede senat9
Constitit alma uenus nulli cernenda suiq;
Cesaris eripuit membris. nec in aera solui
Passa recentē animā celestib9 intulit astris
Dumq; tulit numē capere atq; ignescē sensit
Emisitq; simul. simul euolat altius illa
Flammiferūq; trahens spatioso limite crinē
Stella micat. natiq; uidens benefacta fatetur
Esse suis maiora. et uinci gaudet ab illo.
Hic sua preferri q̄q̄ uetat acta paternis.

Libera fama tamen nullisq; obnoxia iussis
Inuitum prefert. unaq; in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis agamēnonis atreus
Egea sic theseus. sic bella uincit achilles.
Deniq; ut exemplis ipsos equantibus utar:
Sic et saturnus minor ē ioue. iuppiter arces
Tēperat ethereas et mūdi regna triformis
Terra sub augusto. pater ē et rector uterq;.
Dij precor enee comites. quib9 ēsis et ignis
Cesserunt diiq; indigetes genitorq; quirine
Vrbis et in uicti genitor gradiue quirini
Vestaq; cesareos inter sacrata penates
Et cum cesarea tu phebe domestice uesta:
Quiq; tenes altus tarpeias iuppiter arces.
Quosq; alios uati fas appellare piumq; est
Tarda sit illa dies et nostro senior euo
Qua caput augustū quē tēperat orbe relicto
Accedat celo. faueatq; precantibus absens

Amq; opus exegi. q̄ nec iouis ira. nec ignes
Nec poterit ferrū. nec edax abolere uetustas
Quū uolet illa dies. q̄ nil nisi corporis hui9
Ius habet incerti spatium mihi finiat eui
Parte tamen meliore mei super alta perēnis
Astra ferat. nomēq; erit indelebile nostrum
Quaq; patet domitis romana potētia terris
Ore legar populi: perq; omnia secula fama
Si quid habent ueri uatum presagia uiuam.

Publij Ouidij Nasonis Meta
morphoseos Libri Quinti De
cimi Atque Vltimi. Finis.

Orba parēte suo quicunq; uolumina tangis
His saltem uestra detur in urbe locus.
Quoz magis faueas. nō sūt hec edita ab illo
Sed quasi de domim funere rapta sui.
Quicqd in his igit̄ uicii rude carmē habebit
Emendaturus si licuisset eram.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1928217079/phys_0147

Publij Ouidij Nasonis Fasto/
rum Liber Primus Incipit.

Empora cum causis lati
um digesta per annum.
Lapsaq; sub terras. or/
taq; signa canam
Excipe. pacato/cesar ger/
manice/uultu
Hoc opus: et timide/dirige nauis/iter.
Officioq; leuem non auersatus honorem
Huic tibi deuoto numine dexter ades
Sacra recognosces annalibus eruta priscis.
Et quo sit merito queq; notata dies.
Inuenies illic et festa domestica uobis:
Sepe tibi pater est. sepe legendus auus.
Queq; ferunt illi pictos signantia fastos
Tu quoq; cum druso premia fratre feres
Cesaris arma canant alii: nos cesaris aras.
Et quoscūq; sacris addidit ille dies.
Annue conanti per laudes ire tuorum.
Deq; meo/pauidos excute. corde. metus.
Da mihi te placidū. dederis in carmīa uires
Ingenium uultu statq; caditq; tuo
Pagina iudicium docti subitura mouetur
Principis. ut clario missa legenda deo
Que sit enim culti facundia sensimus oris.
Ciuica pro trepidis quū tulit arma reis
Scim9. et ad nostras quū se tulit īpet9 artes
Ingenij currant flumina quāta tui
Si licet et fas est. uates rege uatis habenas
Auspicio felix totus ut annus eat.
Tēpora digereret quū cōditor urbis in ānū
Constituit menses quinq; bis esse suum.
Scilicet arma magis. q̄ sydera romule noras
Curaq; finitimos uincere maior erat:
Est tamen et racio cesar. que mouerit illum
Erroremq; suum quo tueatur habet.
Quod satis ē. utero matris dū ꝓdeat infās
Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per totidem menses a funere cōiugis uxor
Sustinet in uidua tristia signa domo
Hec igitur uidit trabeati cura quirini:
Quū rudibus populis annua iura daret:
Martis erat p̄m9 mēsis. uenerisq; secūdus.
Hec generis princeps. ipsius ille pater
Tertius a senib9. iuuenū de nomine q̄rtus.
Qne sequit̄. numero turba notata fuit:
At numa nec ianū nec auitas preterit ūbras
Mensibus antiqins preposuitq; duos.
Ne tamen ignores uariorum iura dierum
Non habet officium lucifer omnis idem.
Ille nefastus erit. ꝑ quē tria uerba silētur
Fastus erit. per quem lege licebit agi
Nec toto perstare die sua iura putaris.
Qui iam fastus erit. mane nefastus erat
Nam simul exta deo data sunt. licet oīa fari
Verbaq; honoratus libera pretor habet.
Est quoq; quo populū ius ē includere septis
Est quoq; qui nono semꝑ ab orbe redit.
Vendicat ausonias iunonis cura kalendas
Idibus alba ioui grandior agna cadit.
Nonarum tutela deo caret. omnibus istis
(Ne fallare caue) proximus ater erit
Omen ab euentu est illis nam roma diebꝫ
Marte sub aduerso tristia damna tulit.
Hec mihi dicta semel totis herentia fastis.
Ne seriem rerum scindere cogar. erunt:
Ecce tibi faustū germanice nunciat annū.
Inq; meo primū carmine ianus adest.
Jane biceps anni tacite labentis origo.
Solus de superis. qui tua terga uides:
Dexter ades ducibus. quorum secuta labore
Ocia terra ferax. ocia pontus habet.
Dexter ades patribusq; tuis. populoq; q̄rini
Et resera nutu candida templa tuo.
Prospera lux oritur. linguis animisq; fauetē
Nunc dicēda bono sunt bona uerba die.
Lite uacēt aures. insanaq; protinus absint
Jurgia. differ opus liuida turba tuum
Cernis odoratis ut luceat ignibus ether?
Et sonet accensis spica phalisca focis?
Flamma nitore suo templorū uerberat aurꝝ
Et tremulū summa spargit in ede iubar.
Vestibus intactis tarpeias itur in arces.

Cd-7095²

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1928217079/phys_0149

Et populus festo concolor ipse suo est.
Iamq; noui p̄eūt fasces. noua purpura fulgz
Et noua conspicuum pondera sentit ebur
Colla rudes operum p̄bent ferienda iuuenci
Quos aluit campis herba phalisca suis.
Iuppiter arce sua. totū cū spectet in orbem
Nil nisi romanum. quod tueatur. habet
Salue festa dies. meliorq; reuertere semp
A populo rerum digna potente coli.
Quem tamen esse deum dicā te iane biformis
Nam tibi per nullum gracia numē habet
Ede simul causam cur de celestibus unus
Sitq; quod a tergo. sitq; quod ante uides
Hec ego cū sumptis agitarem mēte tabellis
Lucidior uisa est. q̄ fuit ante. domus.
Tum sacer ancipiti mirādus imagine ianus.
Bina repente oculis o ptulit ora meis.
Extimui. sensiq; metu riguisse capillos.
Et gelidum subito frigore pectus erat.
Ille tenens baculum dextra. clauēq; sinistra
Edidit hos nobis ore priore sonos.
Disce metu posito uates operose dierum.
Quod petis. et uoces precipe mēte meas
Me chaos antiq (nā sum res prisca) uocabāt
Aspice q̄ longi temporis acta canam.
Lucidis hic aer: et que tria corpora restant.
Ignis aqua. et tellus. unus aceruus erāt
Vt semel hec rerum secessit lite suarum.
Inq; nouas abiit massa soluta domos.
Altum flāma petit. propior locus aera cepit
Sederūt medio terra fretūq; loco. les
Tūc ego. q fuerā globꝰ et sine imagine mo
In faciem redij. membraq; digna deo.
Nūc quoz (ꝯfuse quoniā nota ꝑua figure ē)
Ante quod ē in me postq; uidetur idem.
Accipe quesite que causa sit altera forme.
Hanc simul ut noris officiumq; meum
Quicquid ubiq; uides celū. mar̄. nubl̄a t̄ras
Omnia sunt nostra. clausa patentq; maū
Me penes est unum uasti custodia mundi.
Et ius uertendi cardinis omne meum est
Quum libuit pacem placidis īmittere tectis
Libera per tutas ambulat illa uias.

Sanguine letifero totus miscebitur orbis.
Ni teneant rigide condita bella sere.
Presidio foribus celi cum mitibus horis:
Et redit officio iuppiter ipse meo:
Inde uocor ianus. cui cum cereale sacerdos
Imposuit libum farraq; mixta sale.
Nomina ridebis. modo nāq; patulcius idē.
Et modo sacrifico clausius ore uocor.
Scilicet alterno uoluit rudis illa uetustas.
Nomine. diuersas significare uices:
Vis mea narrata ē: causam nūc disce figure
Iam tamē hanc aliqua tu quoz ꝑte uides
Omnis hz gemīas hinc atz hīc ianua frōtes
E quibꝰ hec populum spectat. at illa larē
Vtq; sedens uester primi prope limina tecti.
Ianitor egressus introitusq; uidet.
Sic ego perspitio celestis ianitor aule
Eoas partes hesperiasq; simul.
Ora uides hecates in tres uertentia partes:
Seruet ut in ternas compita secta uias:
Et mihi ne flexu ceruicis tempora perdam.
Cernere non moto corpore bina licet
Dixerat. et uultu. si plura requirere uellem.
Difficilem mihi se non fore pactus erat.
Sumpsi animum. gratesq; deo nō territꝰ egi
Verbaq; sū spectās pauca locutꝰ humū
Dic age frigoribus quare nouꝰ incipit annꝰ
Qui melius per uer incipiendus erat?
Omnia tūc florent. tūc est noua tēporis etas
Et noua de grauido palmite gēma tumet
Et modo formatis operitur frondibus arbos
Prodit et in summū seminis herba solū.
Et tepidū uolucres cōcentibus aera mulcēt
Ludit et in pratis. luxuriatq; pecus.
Tunc blandi soles. ignotaq; prodit hirundo
Et luteum celsa sub trabe figit opus.
Tūc patitur cultus ager. et renouat̄ aratro
Hec anni nouitas iure uocanda fuit.
Quesieram multis. non multis ille moratus:
Contulit in uersus sic sua uerba duos.
Bruma noui p̄ma ē uertetisq; nouissima solis
Principium capiunt phebus et annꝰ idē.
Postea mirabar cur non sine litibus esset

Prima dies. causam percipe ianus ait
Tempora commisi nascētia rebus agendis:
Totus ab auspicio ne foret annus iners
Quisq; suas artes ob idem delibat agendo
Nec plusq; solitum testificatur opus.
Mox ego. cur. q̄uis aliorum numina placēt
Jane tibi primnm tura merumq; fero?
Vt possis aditum per me: qui limina seruo:
Ad quoscūq; uoles (inqt) habere deos.
At cur leta tuis dicuntur uerba kalendis?
Et damus alternas: accipimusq; preces?
Tūc deꝰ īcūbēs baculo. quē dextra gerebat
Omina principijs inquit inesse solent.
Ad primam uocē timidas aduertitis aures
Et primum uisam consulit augur auem:
Tēpla patēt: auresq; deū: nec līgua caducas
Cōcipit ulla p̄ces. dictaq; pondus habēt
Desierat ianus nec longa silentia feci:
Sed tetigi uerbis ultima uerba meis.
Quid uult palma sibi? rugosaq; carica? dixi
Et data sub niueo condita mella cado?
Omen ait causa ē. ut res sapor ille sequatur
Et peragat ceptum dulcis ut annus iter.
Dulcia cur dent̄ uideo. stipis adijce causam
Pars mihi de festo ne labēt ulla tuo.
Risit. et o q̄ te fallunt tua secula dixit.
Qui stipe mel sumpta dulcius esse putas.
Vix ego saturno quēq; regnante uidebam:
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tēpe creuit amor. qui nūc ē fūmꝰ. habēdi
Vix ultra. quo iam ꝓgrediatur. habet.
Pluris opes nūc sunt. q̄ prisci tēporis annis.
Dū populus paup. dū noua roma fuit.
Dū casa martigenā capiebat ꝑua quirinū
Et dabat exiguum fluminis ulua torum
Juppiter angusta uix totus stabat in ede.
Inq; iouis dextra fictile fulmen erat:
Frōdibꝰ ornabāt. que nunc capitolia gēmis
Pascebatq; suas ipse senator oues:
Nec pudor in stipula placidam cepisse q̄etē.
Nec fenum capiti supposuisse fuit.
Jura dabat populis posito mō p̄ter aratro.
Et leuis argenti lamina crimen erat.

At postq̄ fortuna loci caput extulit huius.
Et tetigit summos uertice roma deos.
Creuerunt et opes et opum furiosa libido.
Et cum possideant plurima. plura petunt
Querer̄ ut absumāt: absumpta req̄rē certāt
Atq; ipse uiciis sunt alimenta uices.
Sic. quibus intumuit suffusa uenter ab ūda
Quo plus sunt pote: plus sitiuntur aque.
In precio preciū nunc est: dat censꝰ honores
Census amicicias. pauper ubiq; iacet.
Tu tamē auspiciū cur sit stipis utile queris.
Curq; iuuent nostras era uetusta manus.
Era dabāt olim. melius nūc omen ī auro ē
Victaq; concessit prisca moneta noue.
Nos quoꝫ tēpla iuuāt (q̄uis antiq̄ ꝓhemꝰ)
Aurea. maiestas conuenit ipsa deo.
Laudamus ueteres. sed nostris utimur ānis
Mos tamen est eque dignus uterq; coli
Finierat monitus. placidis ita rursus ut ante
Clauigerum uerbis alloquor ipse deum.
Multa quidem didici. sed cur naualis in ere
Altera signata est: altera forma biceps?
Noscere me duplici posses ut imagine: dixit
Ni uetus ipsa dies extenuasset opus.
Causa ratis supest. thuscū rate uenit ī amnē
Ante pererrato falcifer orbe deus.
Hac ego saturnū memini tellure receptum
Celitibus regnis a ioue pulsus erat.
Inde diu genti mansit saturnia nomen.
Dicta fuit latium terra latente deo.
At bona posteritas puppim formauit in ere.
Hospitis aduentum testificata dei
Ipse solum colui. cuius placidissima leuum.
Radit arenosi tybridis unda latus:
Hic: ubi n̄c roma ē. tūc ardua silua uirebat
Tantaq; res. paucis pascua bobus erat.
Arx mea collis erat: quā uulgus nomīe nr̄o
Nuncupat: hec etas ianiculumq; uocat
Tūc ego regnabam: patiens cū terra deorū
Esset. et humanis numina mixta locis.
Non dum iusticiā facinus mortale fugarat.
Vltima de superis illa reliquit humū.
Proq; metu ppl̄m sine ui pudor ip̄e gerebat

Nullus erat iustis reddere iura labor.
Nil mihi cum bello: pacem postesq; tuebar:
Et clauem ostendens hec ait arma gero.
Presserat ora deꝰ: tunc sic ego nostra r̄solui
Voce mea uoces eliciente dei.
Quum tot sint iani. cur stas sacratus in uno
Hic: ubi tēpla foris iuncta duobꝰ habes
Ille manu mulcēs ꝓpexā ad pectora barbā
Protinus ebalii rettulit arma cati.
Vtq; leuis custos armillis capta sabinos
Ad summe tacitos duxerat arcis iter.
Inde: uelut nunc est per quē descēditis inq̄t
Arduus in ualles per fora cliuus erat
Et iam contigerant portam: saturnia cuius.
Dempserat oppositas inuidiosa seras
Cum tanto ueritus cōmittere numīe pugnā
Ipse mee moui callidus artis opem.
Oraq;: qua polles ope sum: fontana reclusi.
Sumq; repentinas eiaculatus aquas
Ante tamen madidis subieci sulfura uenis.
Clauderet ut tatio feruidus humor iter.
Cuius ut utilitas pulsis percepta sabinis
Que fuerat. tuto reddita forma loco est.
Ara mihi posita est paruo coniuncta sacello
Hec adolet flammis cum strue farra suis
At cur pace lates: motisq; recluderis armis?
Nec mora quesiti reddita causa mihi est.
Vt pareant populo reditꝰ ad bella ꝓfecto
Tota patet dempta ianua nostra sera.
Pace fores obdo: ne qua discedere possit
Cesareoq; diu numine clausus ero.
Dixit: et attollens oculos diuersa tuentes
Aspexit toto quicquid in orbe fuit.
Pax erat et uestri germanice causa triūphi
Tradiderat famulas iam tibi thenus aq̄s
Jane face eternos pacem pacisq; ministros
Ne ue suum presta deserat auctor opus.
Quod tamē ex ipsis licuit mihi discere fastis
Sacrauere patres hac duo tēpla die.
Accepit phebo nymphaq; coronide natum
Insula: diuidua quam premit amnis aq̄
Juppiter in parte est: cepit locꝰ unꝰ utrūq;
Junctaq; sunt magno tēpla nepotis auo

Quis uetat et stellas: ut queq; oritq; caditq;
Dicere? promissi pars fuit illa mei.
Felices anime: quibus hec cognoscere p̄mū
Inq; domos superas scandere cura fuit.
Credibile est illos pariter uiciisq; iocisq;
Altius humanis exeruisse caput.
Non uenus et uinū sublimia pectora fregit:
Officiumq; fori milicieq; labor.
Nec leuis ambicio: perfusaq; gloria fucō.
Magnarum ue fames sollititauit opum:
Admouere oculis distancia sidera nostris.
Etheraq; ingenio supposuere suo.
Sic petitur celum: non ut ferat ossan olympꝰ
Summaq; peliacus sydera tangat apex:
Nos quoꝫ sub ducibus celū metabimur illis
Ponemusq; suos ad uaga signa dies.
Ergo ubi nox aderit uenturis tertia nonis.
Sparsaq; celesti rore madebit humus.
Octipedis frustra queruntur brachia cancri.
Preceps occiduas ille subibit aquas.
Ni steterint imbres missi tibi nubibus atris
None signa dabunt ex oriente lyra.
Quatuor adde dies ductis ex ordine nonis:
Janus agonali luce piandus erit.
Nominis esse potest succinctꝰ causa mīster:
Hostia celitibus quo feriente cadit:
Qui calido strictos tincturꝰ sanguine cultros
Semper agat ne rogat. nec nisi iustꝰ agit
Pars: qꝛ nō ueniat pecudes: ꝫ agāt. ab actu
Nomen agonalem credit habere diem:
Pars putat hoc festū priscis agnalia dictū
Vna sit ut proprio littera dempta loco.
Aut: quia p̄uisos in aq̄ timet hostia cultros
A pecoris lux est ipsa notata metu.
Fas etiam: fieri solitis etate priorum.
Nomina de ludis greca: tulisse diem.
Et pecus antiquus dicebat agonia sermo.
Veraq; iudicio est ultima causa meo.
Vtq; ea non certa est ita rex placare sacroꝝ
Numina lani ere coniuge debet ouis.
Victima qne dextra cecidit uictrice uocatur
Hostibus a domitis hostia nomen habet
Ante: deos homini quod consiliare ualeret.

Far erat et puri lucida mica salis.
Nō dū ptulerat lacrimatas cortice myrrhas
Acta per equoreas hospita nauis aquas:
Tura nec euphrates: nec miserat īdia costū
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos herbis contenta sabinis.
Et non exiguo laurus adusta sono.
Si quis erat: prati factis de flore coronis
Qui posset violes addere. diues erat.
Hic. qui nunc aperit percussi uiscera tauri
In sacris. nullum culter habebat opus.
Prima ceres auide gauisa ē sanguine porce.
Vlta suas merita cede nocentis opes.
Nam sata uere nouo teneris lactentia succis
Eruta setigere comperit ore suis.
Sus dederat penas: exemplo teritus huius
Palmite debueras abstinuisse caper.
Quem spectās aliquis dentes in uite p̄mētē
Talia non tacito dicta dolore dedit
Rode caper uitē. tamen hinc cū stabis ad arā
In tua quod spargi cornua possit erit.
Verba fides sequit̄. mox et tibi dedit9 hostis
Spargit̄ affuso cornua bacche mero.
Culpa sui nocuit. nocuit quoz culpa capelle.
Quid bos? qd placide? meruistis oues?
Flebat aristeus. quod apes cū stirpe necatas
Viderat inceptos destituisse fauos.
Cerula quē genitrix egre solata dolentem.
Addidit hec dictis ultima uerba suis.
Siste puer lachriās. ꝓteus tua dāna leuabit
Quoqꝫ modo repares que periere. dabit
Decipiat ne te uersis tamen ille figuris.:
Impediāt geminas uincula firma manus
Peruenit ad uatē iuuenis. reductaqꝫ somno
Alligat equorei brachia capta senis:
Ille suam faciem transformat et alterat arte
Mox domitus uinclis in sua mēbra redit
Oraqꝫ cerulea tollens rorantia barba.
Qua dixit repares arte requiris apes.
Obrue mactati corpus tellure iuuenci.
Quod petis a nobis obrutus ille dabit.
Iussa facit pastor. feruent examina putri
De bone mille animas una necata dedit.

Pauit ouis pratū uerbenas imꝓbā carpsit
Quas pia diis ruris ferre solebat anus.
Quid tuti superest? animā quū ponat in aris
Lanigerumqꝫ pecus. ruriculeqꝫ boues.
Placat equo persis radijs hyperiona cinctū.
Ne detur celeri uictima tarda deo.
Que semel est triplici ꝓ uirgine cesa diane
Nunc quoz pro nulla uirgine cerua cadit
Exta canum triuie uidi libare sabeos.
Et quicunqꝫ tuas accolit eme niues.
Ceditur et rigido custodi ruris asellus:
Causa pudēda quidem. ꝫ tamē apta deo
Festa corimbiferi celebrabat grecia bacchi.
Tertia que solito tempore bruma refert
Dij quoqꝫ cultores in idem uenere lycei.
Et quicunqꝫ locis non alienus erat.
Panes. et in uenerem satyroꝝ ꝓna iuuēt9
Queqꝫ colunt amnes. solaqꝫ rura dee.
Venerat et senior pando silenus asello:
Quiqꝫ rubro pauidas inguine teret aues
Dulcia qui dignū nemus in conuiuia nacti
Gramine uestitis accubuere toris.
Vina dabat liber. tulerat sibi quisqꝫ coronā
Miscendas large riuus agebat aquas.
Naiades effusis alie sine pectinis usu.
Pars aderāt comptis arte manuqꝫ comis
Illa super suras tunicam collecta ministrat.
Altera dissuto pectus aperta sinu.
Exerit hec huērū. uestes trahit illa ꝑ herbas
Impediunt teneros uincula nulla pedes:
Hinc alie satyris incendia mitia prebent.
Pars tibi. qui pinu tempora nexa geris.
Te quoqꝫ inextincte silene libidinis urunt.
Nequicia est. que te non sinit esse seuem.
At ruber hortorū deus et tutela priapus
Omnibus existis lotide captus erat.
Hanc cupit. hanc optat. sola suspirat in illa.
Signaqꝫ dat nutu sollicitatqꝫ notis.
Fastus inest pulchris. seqturqꝫ supbia formā
Irrisum uultu despicit illa suo.
Nox erat. et uino somnū faciente iacebant.
Corpora diuersis uicta sopore locis
Lotis in herbosa sub acernis ultima ramis.

Sicut erat lusu lassa: quieuit humo.
Surgit amās: animāq; tenēs uestigia furtim
Suspenso digitis fert taciturna gradu.
Vt tetigit niuee secreta cubilia nymphe.
Ipse sui flatus: ne sonet aura. cauet.
Et iam finitima corpus librabat in herba.
Illa tamen multi plena soporis erat.
Gaudet et a pedibus tracto uelamine: uota
Ad sua felici ceperat ire uia.
Ecce rudens rauco silenti uector asellus
Intempestiuos edidit ore sonos.
Terita consurgit nymphe manibusq; p̄apū
Reijcit: et fugiens concitat omne nem9
At deus obscena nimium quoq; parte pat9
Omnibus ad lune lumina risus erat.
Morte dedit penas auctor clamoris et hec ē.
Hellespontiaco uictima grata deo.
Intacte fueratis aues solatia ruris
Assuetum silius innocuumq; genus
Que facitis nidos et plumis oua fouetis.
Et facili dulces editis ore sonos.
Sed nichil ista iuuāt: q̄a lingue crimē hētis
Dijq; putant mentes uos aperire suas.
Nō tamē hoc falsū ē: nā dijs ut ꝓxima q̄q; ē
Nunc penna ueras: nunc datis ore notas
Tuta diu uolucrum ꝓles tum denique cesa ē
Iuueruntq; deos indicis exta sui.
Ergo sepe suo coniunx abducta marito
Vritur in calidis alba columba focis.
Nec defensa iuuāt capitolia. quo min9 āser
Det iecur in lances inache laute tuas.
Nocte dee noctis cristatus ceditur ales.
Quod tepidum uigili prouocat ore diem
Interea delphin clarum super ethera sydus.
Tollitur. et patriis exerit ora uadis.
Postera lux hyemē medio discrimine sig̃t
Aequaq; preterite que superabit. erit.
Proxima prospiciet tithono aurora relicto
Arcadie sacrum pontificale dee
Te quoq; lux eadem turni soror ede r̄cepit:
Hic ubi uirginea campus obitur aqua:
Vnde petam causas horū morēq; sacrorum?
Diriget in medio quis mea uela freto?

Ipsa mone q̄ nomē habes a carmine dictū
Propositoq; faue ne tuus erret honor.
Orta prior luna. de se si creditur ipsi.
A magno tellus arcade nomen habet.
Hinc fuit euander. qui q̄q̄q̄ clarus utroq;.
Nobilior sacre sanguine matris erat.
Que simul ethereos animo cōceperat ignes
Ore dabat pleno carmina uera dei.
Dixerat hec nato motus instare sibiq;
Multaq; preterea tempore nacta fidem.
Nam iuuenis. nimiū uera cū matre. fugat9
Deserit arcadiam parrhasiumq; larem.
Cui genitrix flenti. fortuna uiriliter inquit.
(Siste puer lacrimas) ista ferenda tibi ē
Sic erat in fatis. nec te tua culpa fugauit.
Sed deus. offenso pulsus es urbe deo.
Nec meriti penam pateris. sed numinis iram
Est aliquid magnis crimē abesse malis
Conscia mens ut cuiq; sua ē. ita cōcipit intra
Pectora. pro facto spemq; metumq; suo
Nec tamen. ut p̄m9. meres mala talia pass9
Obruit ingentes ista procella uiros.
Passus idem tyrijs qui quōdā puls9 ab oris
Cadmus. in aonia constitit exul humo.
Pass9 idem tydeus. et idem pagaseus iason
Et quos preterea longa referre mora est
Omne solū forti patria est. ut piscibus equor
Vt uolucri uacuo quicquic in orbe patet
Nec fera tempestas toto tamen errat in āno
Et tibi. crede mihi. tempora ueris erunt.
Vocibus euander et firmus mente parentis
Naue secat fluctus. hesperiamq; tenet.
Iamq; ratē docte monitu carmentis ī amnē
Egerat. et tuscis obuius ibat aquis.
Fluminis illa lat9 cui sūt uada iuncta tarēti
Aspicit. et sparsas per loca sola casas.
Vtq; erat. īmissis puppim stetit āte capillis
Continuitq; manum torua regentis iter
Et ꝓcul in dextrā tendens sua brachia ripā.
Pinea non sano ter pede texta ferit.
Ne ue daret saltum ꝓperans insistere ripe.
Vix est euandri uixq; retenta manu.
Dijq; petitorum dixit saluete locorum.

Tuq; nouos celo terra datura deos:
Flumiaq; et fontes. quibus utiq; hospita tellꝰ
Et nemorū nymphe naiadumq; chori.
Este bonis auibus uisi natoq; mihiq;
Ripaq; felici tacta sit ista pede.
Fallorne an hi fient ingentia memia colles:
Juraq; ab hac terra cetera terra petet:
Montibus his olim totus ꝓmittitur orbis.
Quis tantum fati credat habere locum?
Et iam dardanie tangent hec littora pinus.
Hic quoq; causa nouꝰ femina martis erit
Care nepos palla funesta quid iouis arma?
Indue. non humili uindice cesus eris.
Victa. tamē uinces. euersaq; troia resurges
Obruet hostiles ista ruina domos.
Vrite uictrices neptunnia ꝓgrama flamme.
Non minor hic. toto est altior orbe. dimis.
Jam pius eneas sacra. et sacra altera patrē
Afferet. iliacos acǽpe uesta deos.
Tēpus erit. quū uos orbemq; tuebit idem.
Et fient ipso sacra colente deo
Et penes augustos patrie tutela manebit.
Hanc fas imperii frena tenere domum.
Inde nepos natusq; dei: licet ipse recusет
Pondera celesti mente paterna feret.
Vtq; ego perpetuis olim sacrabor in aris
Sic augusta nouum liuia numen erit:
Talibꝰ ut dictis nostros descendit ī agros
Substitit in medio presdia ligua sono
Puppibus egressus latia stetit exul in herba
Felix exilium cui locus ille fuit. alter
Nec mora lōga fuit. stabāt noua tecta. nec
Montibus ausonijs arcade maior erat.
Ecce bones illuc enthreidas applicat heros
Emensus longi clauiger orbis iter.
Dumq; huic hospitiū domꝰ ē tegea: uagāt.
Incustodite lata per arua bones.
Mane erat. excussus somno tirinthius heroꝰ
De numero tauros sensit abesse duos.
Nullā uidet taciti querens uestigia furti
Traxerat auersos cacus in antra bones.
Cacus auentine timor atq; infamia silue
Non lene finitimis hospitibusq; malum.
Dura uiro facies. uires ꝓ corpore. corpus
Grande. pē monstri mulciber huius erat
Procq; domo longis spelunca recessibꝰ ingēs
Abdita. uix ipsis inuenienda feris.
Ora super postes affixaq; brachia pendent.
Squallidaq; humanis ossibꝰ albet humꝰ
Seruata male parte boū. ioue natus abibat
Mugitum tauco furta dedere sono
Acǽpio reuocamen ait. uocemq; secutus.
Impia per siluas uictor ad antra uemit.
Ille aditum fracti prestruxerat obice montis
Vix iuga mouissent quinq; bis illud onꝰ
Mititur hic humeris. celum quoꝛ sederat illis
Et uastum motu collabefactat onus.
Quod sil cuulsū ē. fragor ethera terruit ipm
Jctaq; subsedit pondere mollis humus.
Prima mouet cacus collata prelia dextra.
Remq; ferox saxis stipitibusq; gerit.
Quis ubi nil agit. prias male fortis ad artes
Confugit. et flammas ore sonante uomit
Quas quocies pflat spyrā typhoea credas.
Et rapidum etneo fulgur ab igne iaci.
Occupat alcides. abductaq; claue trinodis
Ter quater aduersi sedit in ora uiri.
Ille cadit. mixtasq; uomit cū sāgne flāmas.
Et lato moriens pectore plāgit humum.
Immolat ex illis taurū tibi iuppiter unum.
Victor. et euandrum ruricolasq; uocat.
Constituiq; sibi. que maxima dicitur. aram.
Hic nbi pars urbis de boue nomē habꝰ
Nec tacet euandri mater ꝓpe tēpus adesse.
Hercule quo tellus sit satis usa suo.
At felix uates. ut diis gratissima uixit.
Possidet hunc iam sic dea mense diem.
Idibus in magni castus iouis ede sacerdos.
Semimaris flammis uiscera tibat ouis.
Redditaq; ē ommis populo ꝓuincia nostro.
Et tuus augusto nomine dictus auus.
Perlege dispositas generosa ꝓ atria ceras.
Contigerunt nulli nomina tanta uiro.
Aphrica uictorem de se uocat. alter isaurum
Aut cretum comitas testificatur opes.
Hūc numide faciūt. illū mesana superbum.

A Q.

Ille numantina traxit ab urbe notam.
Et mortem et nomen druso germania fecit
Me miserum uirtus q̄ breuis illa fuit.
Si petat a uictis. tot sumet nomina cesar.
Quod numero gentes maxim9 orbis h3
Ex uno quidam celebres. aut torquis adēpti
Aut corui titulos auxiliaris. habent.
Magne tuum nomn rerū est mensura tuaꝝ.
Sed qui te uicit nomine maior erat.
Nec gradus ē fabios supra cognominis ull9
Illa domus meritis maxima dicta suis.
Sed tamē humanis celebrātur honoribꝰ oēs
Hic socium summo cum ioue numen h3.
Sacra uocāt augusta patres. augusta uocāt.
Templa sacerdotum rite dicata manu.
Huius et augurium dependet originis urbi
Et quodcunq; sua iuppiter auget ope.
Augeat imperium nostri ducis. augeat ānos
Protegat et nostras quercna corona fores
A supicibusq; deis tanti cognominis heres:
Omine suscipiat. quo pater urbis. onus:
Respiciet titan actas ubi tertius idus.
Fient parthasie sacra relata dee.
Nā prius ausonias matres carpēta uehebāt
Hec quoꝫ ab euandri dicta parente reor
Mox honor eripit. matronaq; destinat oīs.
Ingratos nulla prole nouare uiros.
Ne ue daret partus. ictu temeraria ceco
Visceribus crescens excutiebat onus.
Corripuisse patres ausas immitia nuptas.
Ius tamen ereptum restituisse ferunt
Binaq; nunc pariter tegere sacra parenti
Pro pueris fieri uirginibusq; iubent.
Scortea non illi fas est inferre sacello.
Ne uiolent puros exanimata focos
Si quis amas ueteres ritus. assiste precanti
Nomina percipies non tibi nota prius.
Porrima placatur. postuentaq;. siue sorores
Siue fuge comites menali diua tue.
Altera quod porro fuerat cecinisse putatur
Altera uētorum postmodo quicquid eāt.
Candida te niueo posuit lux proxima tēplo
Qua fert sublimes alta moneta gradus
Nunc bene ꝓspicies latina concordia turbā.
Nunc te sacrate constituere manus.
Furius antiqui populi superator hetrusci
Vouerat. et uoti soluerat ille fidem.
Causa. qd̄ a patribꝰ sūptis secesserat armis
Vulgus. et ipsa suas roma timebat opes
Causa recēs melior. sparsos germania crines
Corrigit auspiciis dux uenerande tuis.
Inde triumphate libasti munera gentis:
Templaq; fecisti. quam colis ipse. dee
Hec tua constituit genitrix. et rebus. et ara
Sola toro magni digna reperta iouis
Hec ubi transieris. capricorno phebe relicto
Per iuuenis curres signa regētis aquas
Septimus hinc origēs quū se demiserit ūdis
Fulgebit nullo nunc lyra nulla polo.
Sydere ab hoc ignis uenienti nocte. leonis
Qui micat in medio pectore. mersus erit
Ter quater euolui signātes tempora fastos
Nec sementine est ulla reperta dies:
Tum mihi (sensit enim) lux hec indicit inq̄t
Musa. quid a fastis non stata sacra petis?
Vtq; dies incerta sacris. sic tempore certo
Seminibus iactis. est ubi fetus ager.
State coronati plenum ad p̄sepe iuuenci
Cum tepido uestrum uere redibit opus.
Rusticus emeritum palo suspendit aratrum
Omne reformidat frigore uul'n9 humus
Villice da requiem terre semente peracta:
Da requiem. terram qui coluere. uiris
Pagus agat festum. pagum lustrate coloni
Et date paganis annua liba focis
Placentur matres frugum tellusq; ceresq;
Farre suo: grauide uisceribusq; suis.
Officium cōmune ceres et terra tuentur.
Hec prebet causam frugibus illa locum
Consortes operū: per quas correcta uetustas
Quernaq; glans uicta est utilior cibo
Fructibus immensis auidos satiate colonos
Vt capiant cultus premia digna sui.
Vos date perpetuos teneris sementibꝰ auct9
Nec noua ꝑ gelidas usta sit herba niues
Cum serimus: celum uentis aperite serenis

Quum latet et herca spargite semen aq̄.
Ne ue graues cultis cerealia dona cauete.
Agmine lesuro depopulemur aues
Vos quoq; subiectis formice parte gramis.
Post messem prede copia maior erit.
Intera crescat scabre rubigimis expers.
Nec uirio celi palleat usta seges.
Et neq; deficiat matie. neq; pinguior equo
Diuicijs pereat luxuriosa suis.
Et careant lolijs oculos uicantibus agri
Nec sterilis culto surgat auena solo.
Triticeos fetus. passuraq; farra bis ignem.
Ordeaq; ingenti fenore redadt ager.
Hoc ego p uobis. hoc uos optate colom.
Efficiatq; tatas utraq; diua preces.
Bella diu tenuere uiros. erat aptior ensis
Vomere. cedebat taurus aratori equo.
Sarcula cessabant. uersiq; in pila ligones.
Factaq; de rastri pondere cassis erat.
Gracia dijs domuitq; tue. religata cathenis
Jam pridem uestro sub pede bella iacent
Sub iuga bos ueniat. sub terras semē aratas
Pax cererem nutrit pacis alumna ceres
At que uenturas precedit sexta calendas.
Hac sunt ledeis templa dicata deis.
Fratribus illa dies. fratres de gente deorum
Circa iuturne composuere lacus.
Ipsum nos carmen deduxit pacis ad aras.
Hec erit a mensis fine secunda dies.
Frōdibus attiacis cōptos redimita capillos
Pax ades. et toto mitis in orbe mane
Dū desunt hostes. desit quoq; causa triūphi.
Tu ducibus bello gloria maior eris.
Sola gerat miles. qbꝫ arma coerceat arma
Canteturq; fera mil misi pompa tuba.
Horreat eneadas et primus et ultim9 orbis
Si qua pax romam terra timebit. amet
Tura sacerdotes pacalibus adde flammis
Albaq; perfusa uictima fronte cadat.
Vtq; domus. q̄ prestat eam cū pace perēnet
Ad pia ppensos uota. rogate deos.
Sed iam prima mei pars est exhausta laboris
Cumq; suo finem mense libellus habet.

finit Liber fastor̄ p̄mus p. O. N.

Publij Ouidij Nasonis fastor̄
Liber Secundus. Incipit

Annus habet finē. cū carmine crescat et ānus
Alter ut it mensis. sic liber alter eat.
Nunc primum uelis elegi maioribus itis.
Exiguum memini nuper eratis opus.
Ipse ego uos habui faciles in amore mistros
Cum lusit numerus prima iuuenta suis.
Idem sacra cano signataq; tempora fastis.
Ecquis ad hec illinc crederet esse uiam?
Hec mea milicia ē. gerim9 q̄ possum9 arma
Dextraq; nō omni munere nostra uacat.
Si mihi nō ualido torquentur pila lacerto.
Nec bellatoris terga premuntur equo.
Nec galea tegimur. nec acuto cingimur ense
His habilis telis quilibet esse potest.
At tua p̄sequmur studioso pectore cesar
Nomina per titulos ingredi nutq; tuos.
Ergo ades. et placido paulū mia munēa uultu
Respice. pacato si quid ab hoste uacat.
Februa romani dixere piamina patres.
Nunc quoq; dāt uerbo plurima signa fidē
Pontifices ab rege petunt et flamine lanas
Quis ueterū lingua februa nomen erat.
Queq; capit lictor domibo purgamia certis
Tosta cum mica ferta. uocantur idem.
Nomen idem ramo. qui cesus ab arbore pura
Casta sacerdotum tempora fronde tegit.
Ipse ego flammiam poscentem februa uidi
Februa poscenti pinea uirga data est.
Demiq; quodcūq; ē quo corpora nra piantui
Hoc apud antonios nomē habebat auos
Mensis ab his dictus. secta quod pelle lupci
Omne solum lustrant. idq; piamen habet
Aut quia placatis sunt tepora pura sepulcris
Tunc cum ferales preteriere dies.
Omne nefas. omneq; mali purgamie causa
Credebant nostri tollere posse senes.
Grecia principium morus fuit. illa nocentes
Impia. lustratos ponere facta. putat.

A. 7.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1928217079/phys_0157

Actoriden peleus: ipsum quoq; pelea phoci.
Cede per emonias soluit acastus aquas.
Vectam frenatis p mane draconibo: egeus
Credulus. in merita phasida fouit ope.
Amphiaraides naupacteo acheloo
Solue nefas dixit: soluit et ille nefas.
Ach nimiū faciles. qui tristia crimina cedis
Fluminea tolli posse putatis aqua.
Sed tamen antiqui ne nescius ordinis erres.
Primus: ut est iani mensis et ante fuit.
Qui sequitur ianum: ueteris fuit ultim9 ānī
Tu quoq; sacrorum termine finis eras.
Prim9 enim iani mensis: quia ianua p̄ma ē
Qui sacer est imis manibus: imus erat.
Postmodo creduntur spacio distantia longo
Tempora bisquini continuasse uiri.
Principio mensis phrygie cōtermina matri
Sospita delubris dicitur aucta nouis.
Nunc ubi sunt: illis que sunt sacrata calēdis
Templa dee: longa procubuere die.
Cetera ne simili caderent labefacta ruina.
Cauit sacrati prouida cura ducis.
Sub quo delubris sentitur nulla senectus.
Nec satis est homines: obligat ille deos
Templorū positor: templorū sancte repostor
Sit superis. opto. mutua cura tui.
Dent tibi celestes: quos tu celestibus annos
Proq; tua maneant in statione domo.
Tunc quoq; uicini lucus celebratur auerni.
Qua petit equoreas aduena tibris aquas.
Ad penetrale nume: capitolinumq; tonātem
Inq; iouis summi ceditur arce. bidens.
Sepe graues pluuias adopert9 nubibꝰ ether
Concitat. aut posita sub niue terra latet.
Proximus hesperias titan abiturus in ūdas
Gemmia purpureis cū iuga demit equis
Illa nocte aliquis tollens ad sydera uultus
Dicet ubi est hodie que lyra fulsit heri?
Dumq; lyrā querit: medij quoꝫ terga leonis
In liquidas subito mersa notabit aquas
Quem modo celatū stellis delphina uidebas
Is fugiet uisus nocte sequente tuos.
Seu fuit occultis felix in amoribus index.
Lesbida cum domino seu tulit ipse lyrā?
Quod mare nō nouit: q̄ nescit ariona tellus
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Sepe sequens agnam lupus est a uoce r̄tēt9
Sepe auidum fugiens restitit agna lupū.
Sepe canes leporesq; una iacuere sub umbra
Et stetit in saxo proxima cerua lee.
Et sine lite loquax cum palladis alite cornix.
Sedit: et accipitri iuncta columba fuit:
Cynthia sepe tuis fertur uocalis arion.
Tanq̄ fraternis obstupuisse modis.
Nomen arionium siculas impleuerat urbēs.
Captaq; erat lyricis ausonis ora sonis.
Inde domum repetēs: pupim conscēdit ariō
Atq; ita quesitas arte ferebat opes.
Forsitan infelix uentos undasq; timebas.
At tibi naue tua tutius equor erat.
Nanq; gubernator districto constitit ense.
Ceteraq; armata conscia turba manu.
Quid tibi cū gladio? dubiā r̄ge nauita pupī
Non sunt hec digitis arma tenenda tuis
Ille metu pauidus mortem non dep̄cor īq̄t
Sed liceat sumpta pauca referre lyra.
Dant ueniā: ridētq; moram: capit ille coronā
Que posset crines phebe decere tuos.
Induit et tyrio bis tinctam murice pallam
Redidit icta suos pollice chorda sonos.
Flebilibus numeris ueluti. canentia dura.
Traiectus penna tempora: cantat olor.
Protinus in medias ornatus desilit undas:
Spargitur impulsa cerula puppis aqua
Inde: fide maius: tergo delphina recuruo
Se: memorant: oneri supposuisse nouo.
Ille sedens: citharāq; tenens p̄ciūq; uehendi
Cantat. et equoreas carmine mulcet aq̄s.
Dij pia facta uidēt. astris delphina recepit.
Juppiter: et stellas iussit habere nouem
Nūc m̄ mille sonos: quoꝫ ē meōrat9 achilles
Vellem meonide pectus inesse tuum.
Dum canimus sacras alterno pectine nonas
Maximus his fastis accumulatur honos
Deficit ingenium: maioraq; uiribus urgēt
Hec mihi precipuo est ore canenda dies

Quid nolui demens elegis imponere tantū
Ponderis: heroi res erat ista pedis.
Sācte pr̄ patrie tibi plebs tibi curia nomē
Hoc dedit hoc dedim9 nos tibi nom̄ eqs
Res tamē ante dedit. sero quoq; uera tulisti
Nomia. iam prudē tu pater urbis eras.
Hoc tu p terras. qđ in ethere iuppiter alto
Nomē habes. hominū tu patr ille deū.
Romle cōcedas. facit hic tua magna tuēdo
Menia. que dederas transilienda remo:
Te tatius paruiq; cures ceminaq; tellus.
Hoc duce romanū est solis utrūq; latus
Tu breue nescio quid uicte telluris habebas
Quodcūq; ē alto sub ioue cesar habet.
Tu rapis. hic castas duce se iubz eē maritas
Tu recipis luco. reppulit ille nefas.
Vis tibi grata fuit. florent sub cesare leges
Tu domini nomen. principis ille tenet.
Te remus incusat. uemā dedit hostibz ille.
Celestem fecit te pater ille patrem
Jam puer ideus media tenus emmet aluo.
Et liquidas mixto nectare fundit aquas
En etiam si quis volcan horrere solebat.
Gaudeat. a zephyris mitior aura uenit.
Quis ab equoreis mundū iubar extulit ūdis
Lucifer. et primi tempora ueris erunt
Ne fallare tamē. restant tibi frigora rstant.
Magnaq; discedes signa reliquit hyems
Tertia nox uemet custodem protinus urse
Aspicies geminos exeruisse pedes
Inter hamadryadas iaculatricemq; dianā
Calisto sacri pars fuit una chori.
Illa dee tāgens arcus. quos tāgimus arcus
Este mee testes uirginitatis ait:
Cynthia laudauit. promissaq; federa seruat.
Et comitum princeps tu mihi dixit eris
Federa seruasset. si non formosa fuisset.
Canit mortales. de ioue crimen habet.
Ille feras siluis phebe uenata redibat:
Aut plus aut mediū sole tenente diem:
Vt tetigit lucum densa niger ilice lucus
In medio gelide fons erat altus aque.
Hic ait in silua uirgo tegetea lauemur.
Erubuit falso uirginis illa sono.
Dixerat hoc nīphil. nimphe uelamia ponūt
Hāc pudet. et tarde dat mala signa more
Exuerat tunicas uteri manifesta tumore
Proditur. iudicio ponderis ipsa sui.
Cui dea uirgineos periura lycaoni cetus
Desere nec castas pollue dixit aquas
Luna nouū decies implerat cornibus orbē.
Que fuerat uirgo credita. mater erat
Lesa furit iuno. formam mutatq; puelle
Quid facis: inuto est pectore passa iouē
Vtq; fere uidit turpes in pellice uultus.
Huius in amplexus iuppiter inquit erat
Vrsa per incultos errabat squallida mōtes.
Que fuerat summo nuper amata ioui
Jā tria lustra puer furto conceptus agebat.
Quum mater nato est obuia facta suo.
Illa quidem tanq; cognosceret astitit amēs.
Et gemuit. gemitus uerba parentis erāt
Hanc ignarus iaculo fixisset acuto
Ni foret ad superas rapt9 uterq; domos
Signa ppiq; micāt poz ē ut dixim9 arctos.
Arctophylax formā terga sequētis habz
Scuit adhuc. canāq; petit saturnia rethyn.
Menaliam tactis ne lauet arcton aquis.
Idibus agrestis fumant altaria faun.
Hic ubi discretas insula rumpit aquas.
Hec fuit illa dies in qua uementibus armis
Ter centum fabij cecidere duo.
Vna domus uires et onus susceperat urbis
Sumunt gentiles arma professa manus.
Egreditur castris miles generosus ab ipsē
Equis dux fieri quilibet aptus erat
Carmentis porte dextra ē uia prima iano
Ire p hāc noli quisquis es omē habet.
Illa fama refert fabios exisse trecentos.
Porta uacat culpa. sed tamē omē habet.
Vt celeri passu cremeram tenuere rapacē.
Turbidus hybernis ille fluebat aquis.
Castra loco ponunt. distrctis ensibus ipsi
Tyrrhenum uadoo martē p agmē eunt
Non aliter. q; cū libyca de rupe leones
Inuadunt sparsos lata per arua greges

Diffugiūt hostēs. inhoēstaq; uulnera tergo
Acápiunt. tusco sanguine terra rubet.
Sic iterū sic sepe cadunt: ubi uincere aperte
Nō datur insidias armaq; tecta parant.
Campus erat: cāpi claudebāt ultima colles.
Siluaq; montanas occubit alta feras.
In medio paucos armētaq; rara relinquūt:
Cetera turgultis abdita turba latet.
Ecce: uelut torrēs nudis pluuialibꝫ auctus
Aut niue que zephyro uicta repēte fluit
Per sata pcq; uias fertur: nec ut āte solebat
Riparum clausas margine finit aquas.
Sic fabij uallem latis discursibus implent:
Qdq; uidēt sternūt nec met9 alter inest
Quo ruitis gērosa dom9s malo creditis hosti
Simplex nobilitas perfida tela caue.
Fraude petit uirtus. in apertos undiq; cāpos
Prosiliūt hostes. et latus omne tenent.
Quid faciant pauci contra tot milia fortes?
Quid ue quod ī miserō tpe restet adest?
Sicut aper longe silius latratibus actus
Fulmineo celeres dissipat ore canes.
Mox tamē ipse perit: sic nō moriūtur multi:
Vulneraq; alterna dantq; ferūtq; manu
Vna dies fabios ad bellū miserat omnes.
Ad bellum missos perdidit una dies.
Vt tamen herculee supessent semina gētis:
Credibile est ipsos consuluisse deos.
Nā puer impubes et adhuc nō utilis armis
Vnus de fabia gente relictus erat.
Scilicet ut posses olim tu maxime nasci.
Cui res cunctando restituenda foret.
Cōtinuata loco tria sydera. coruus et āguis.
Et medius crater inter utrumq; latet.
Idibus illa latent. oriuntur nocte sequenti.
Que tibi cur tria sint tā sociata canam.
Forte ioui phebus festum solenne parabat:
Non faciet longas fabula nostra moras.
Imea dixit auis. ne quid pia sacra moretur
Et tenuem uiuis fontibus affer aquam.
Coruus inauratū pedibus cratera recuruis
Tollit. et aerium peruolat altus iter.
Stabat adhuc ficus duris densissima pomis
Tentat eam rostro. non erat apta legi:
Immemor imperij sedisse sub arbore fertur
Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Iāq; satur. migris lōgū capit ūgulꝫ hydrū
Ad domimūq; redit. fictaq; uerba refert
Hic mihi causa more uiuax obsessor aq̄rū.
Hic tenuit fontes. officiumq; meum.
Addis ait culpe mēdacia phebus. et audes.
Fatidicum uerbis fallere uelle deum?
At tibi dum lactens herebit in arbore ficus.
De nullo gelide fonte bibentur aque.
Dixit. et antiqui monumēta perennia facti
Anguis. auis. crater. sydera iūcta micāt
Tertia post idus nudos aurora lupercos
Aspicit. et faum sacra bicornis erunt.
Dicte pierides. sacrorum que sit origo.
Attigerit latias unde petita domos.
Pana deū pecoris ueteres coluisse ferūtur
Arcades. arcadijs plurimus ille iugis
Testis eris pholoe. testes stymphalides undē
Quiq; citis ladon in mare currit aquis.
Cinctaq; pinetis nemoris iuga nonacrini.
Altaq; troezene. parrhasieq; mues.
Pan erat armenti. pan illic numē aquarū.
Munus ob incolumes ille ferebat oues.
Trāstulit euander siluestria numina secum:
Hic ubi nūc urbs ē tūc locus urbis erat
Inde deū colimus: deuectaq; sacra pelasgis.
Flamen ad hec pulso more dialis erat.
Cur igitur currant. et cur sic currere mos ē:
Nuda ferant posita corpora ueste rogas?
Ipse deus uelox discurrere gaudet in altis
Montibus. et subitas concipit ipse feras.
Ipse deus nudus nudos iubet esse mīstros:
Nec satis ad cursus cōmoda uestis erat
Ante iouem gemtū terras habuisse ferūtur
Arcades. et luna gens prior illa fuit
Vita feris similis nullos agitata per usus:
Artus adhuc expers. et rude uulgus erat.
Pro domibꝫ frōdes norāt. p frugibꝫ herbas
Nectar erat palmis hausta duabꝫ aqua.
Nullus anhelabat sub adūco uomere taur9
Nulla sub imperio terra colentis erat.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1928217079/phys_0160

Nullꝰ adhuc erat usus equi. se gscꝫ ferebat
Ibat ouis lana corpus amicta sua.
Sub ioue durabant. et corpa nuda gerebant
Docta graues imbres et tolerare notos.
Nūc quocꝫ detecti ferūt monumēta uetusti
moris. et antiquas testificantur opes
Sed cur precipue fugiat uelamina faunus
Traditur antiqui fabula plena ioci
Forte comes dñe iuuenis tirynthius ibat.
Vidit ab excelso faunus utrumꝫ loco
Vidit. et inclusit. montanaꝫ numina dixit
Nil mihi uobiscū ē. hic meus ardor erit
Ibat odoratis humeros perfusa capillis
meonis. aurato conspicienda sinu
Aurea pellebant tepidos umbracula soles
Que tamen herculee sustinuere manus:
Jam bacchi nemus. et tinoli uineta tenebāt
Hesperus et fusco rosidus ibat equo
Antra subit tophis laqāta et pumice uiuo.
Carrulus in primo limine riuus erat
Dumꝫ parāt epulas potādaꝫ mira mīstri.
Cultibus alciden instruit illa suis.
Dat tenues tunicas getulo murice tinctas
Dat teretem zonam. qua mō cincta fuit
Vētre minor zona ē. tunicaꝫ uncla flaxat
Vt posset magnas exeruisse manus
Fregerat armillas nō illa ad brachia factas
Scindebant magni uincula parua pedes.
Illa capit clauamꝫ grauē. spoliūꝫ leonis:
Conditaꝫ in pharetra tela minora sua.
Sic epulis functi. sic dāt sua corpora somno.
Et positis iuxta se cubuere toris
Causa. repertori utis quia sacra parabant:
Que facerent pure cum foret orta dies.
Noctis erat mediū qc nō amor ī. pbo audet?
Rosida p tenebras faunus ad antra uenit
Vtꝫ uidet comites somno uinoꝫ sepultos
Spem capit in domīs esse soporis idem
Intrat. et huc illuc temerarius errat adulter
Et prefert cautas. subsequiturꝫ manus
Venerat ad strati captata cubilia lecti
Et felix prima sorte futurus erat
Vt tetigit fului setis hirsuta leonis
Vellera. pertimuit. sustinuitꝫ manus.
Attonituſꝫ metu rediit. ecu sepe uator
Turbatum uso rettulit angue pedem.
Inde tori. qui iunctus erat uelamina tangit
mollia. mendaci decipiturꝫ nota.
Ascendit sponduaꝫ sibi propiore recumbit.
Et tumidum cornu durus inguen erat.
Interea tunicas ora subducit ab ima.
Horrebant densis aspera crura pilis
Cetera tentantem cubito tirynthius heros
Reppulit. et summo decidit ille toro
Fit sonus. et comites inclamat. lumia poscit
meonis. illatis ignibus acta parant.
Ille gemit lecto grauiter deiectus ab alto.
membraꝫ de dura uix sua tollit humo.
Ridet et alcides et qui uidere iacentem.
Ridet amatorem lyda puella suum
Veste deus lusus. fallentes lumina uestes
Non amat. et nudos ad sua sacra uocat.
Adde peregrinis causas mea musa latinas.
Incꝫ suo noster puluere curret equus
Corripedi fauno cesa de more capella
Venit ad exiguas turba uocata dapes.
Dumꝫ sacerdotes uerubo trāssuta sagīnis
Exta parant. medias sole tenente uias.
Romulus. et frater. pastoraliſꝫ iuuētus
Solibus et campo corpora nuda dabant.
Cestibus et iaculis. et misso pondere saxi
Brachia per lusus experienda dabant
Pastor ab excelso. per deuia rura iuuencos.
Somule predones. et reme dixit agunt.
Longum erat armati. diuersis exit utercꝫ
Partibo. occursu preda recepta remi est
Vt rediit uerubus studentia detrahit exta
Atꝫ ait hec certe non nisi uictor edet
Dicta facit. fabiiꝫ simul. uemit iratus illuc
Romulus. et mensas ossaꝫ nuda uidet
Risit. et indoluit fabios potuisse. remumꝫ
Vincere. quintilios non potuisse suos.
Fama manet facti. posito uelamine currunt
Et memorē famā. qui bene gessit. habet.
Forsitan et queres. cur sit locus ille supercal:
Que ue locum tali nomine causa notet.

Siluia uestalis celestia semina partu
Ediderat patruo regna tenente suo
Is iubet auferri paruos et in amne necari
Quid facis? ex istis romulus alter erit
Iussa recusantes pagūt lachrymosa mīstri.
Flent tn̄. et geminos ad loca iussa ferūt
Albula quē tiberim mersus tiberin9 in ūdis
Reddidit hybernis forte tumebat aqins
Hic ubi nūc fora sunt. lintres erraē uideres
Quaq; iacent ualles maxime circe tue.
Huc ubi uenerūt. nec em̄ procedere possunt
Longius. ex illis unus et alter ait
Ah q̄ sunt similes. ah q̄ formosus uterq;
Plus tamen ex istis iste uigoris habet
Si genus arguitur uultu. nisi fallit imago.
Nescio quē e uobis suspicor esse deum.
At si quis uestre deus esset originis auctor:
In tam precipiti tempore ferret opem
Ferret opem certe. si non ope mater egeret.
Que facta est uno mater et orba die
Nata simul. moritura simul. sil' ite sub undas
Corpora. desierat. deposuitq; sinu.
Vagierant ambo. pariter sensisse putares.
Ni redeūt udis in sua tecta genis
Sustinet īpositos summa cauus alueus ūda
Heu quantum fati parua tabella tulit
Alueus in limo siluis appulsus opacis.
Paulatim fluuio deficiente sedet.
Arbor erat remanēt uestigia queq; uocatur
Romula non: ficus romula: ficus erat
Venit ad expositos mirū lupa feta gemellos
Quis credat pueris nō nocuisse feram?
Nō nocuisse par est: pdest quoz quos lupa
Perdē cognate sustinuē man9 nutrit
Cōstitit et cauda teneris blanditur alūnis:
Et lingit lingua corpora bina sua
Marte satos scires: timor abfuit: ubēa sugūt
Nec sibi promissi lactis aluntur ope.
Illa loco nomen fecit. locus ille lupercis.
Magna dati nutrix premia lactis habet
Quis uetat arcadio dictos a mōte lupcos?
Faunus in arcadia templa lyceus habet.
Nupta quid expectas? nō tu pollētibz herbis
Nec prece: nec magico carmine mr̄ eris
Excipe fecunde patienter uerbera dextre:
Iam socer optatū nomen habebit aui.
Nam fuit illa dies: dura cum sorte marite
Rodebant uteri pignora rara sui
Quid m̄ clamabat pdest rapuisse sabinas:
Romulus? hoc illo sceptra tenente fuit:
Si mea non uires: sed bellum iniuria fecit:
Vtilius fuerat non rapuisse nurus.
Monte sub esquilio multis inciduus annis:
Iunonis magne nomine: lucus erat
Huc ubi uenerunt pariter nupteq; uiriq;:
Suppliciter posito procubuere genu:
Cum subito mote tremuere cacumina silue:
Et dea per lucos mira locuta suos
Italicas matres inquit: sacer hircus inito?
Obstupuit dubio territa turba sono.
Augur erat. nomē longis intercidit annis.
Nuper ab hetrusca uenerat exul humo.
Ille caprum mactat iusse sua terga puelle
Pellibus exemptis percutienda dabant
Luna resumebat decimo noua cornua motu
Virq; pater subito. nuptaq; mater erat.
Gratia lucine: dedit hec tibi nomina lucus.
Aut quia principium tu dea lucis habes.
Parce precor grauidis facilis lucina puellis
Maturumq; utero molliter aufer onus.
Orta dies fuerit. tu desine credere uentis:
Perdidit illius temporis aura fidem
Flamina nō constant et sex reserata diebus
Carceris eolij ianua lata patet.
Iam leuis obliqua subsedit aquarius urna
Proximus ethereos excipe piscis equos
Te memorāt fratrēq; tuū. nā iūcta micatis
Signa duos tergo sustinuisse deos.
Terribilem quōdā fugiēs typhona dione:
Tūc cū pro celo iuppiter arma tulit
Venit ad euphratem comitata cupidīe puo
Inq; palestine margine sedit aque.
Populus et canne riparū summa tegebant
Spēq; dabāt salices hos quoz posse tegi.
Dū latet insonuit uento nemus. illa timore
Pallet. et hostiles credit adesse manus.

Vtq; sinu tenuit natū succurrite nymphe:
Et diis auxilium ferte duobus ait
Nec mora prosiluit. pisces subiere gemelli.
Pro quo: que cernis: sydera nomē habet
Inde nefas dicūt genus hoc ponere mēsis:
Nec uiolant timidi piscibus ora syri.
Proxima lux uacua ē at tertia dicta quirino:
Qui tenet hoc nomen romulus ante fuit
Siue q; hasta quiris prisci ē dicta sabinis
Bellicus a telo uenit in astra deus
Siue suo regi nomen posuere quirites:
Seu quia romanis iunxerat ille cures
Nam pr armipotēs post q; noua mēia uidit
Multaq; romulea bella peracta manu.
Iuppiter inquit habi romana potētia uires
Sanguinis officio non eget illa mei.
Redde patri natum: q; quis interēdit alter:
Pro se. proq; remo: qui mihi testat: erit
Vnus erit. quem tu tolles in sydera celi
Tu mihi dixisti: sint rata dicta ioui
Iuppiter annuerat. nutu tremefactus uteq;
Est polus. et celi ponderā nouit atlas.
Est locus: aut qui capree dixere paludem:
Forte tuis illic romule iura dabas
Sol fugit et remouent subeūtia nubila celū
Et grauis effusis decidit imber aquis
Hinc tonat. hic missis abrūpit ignibo ether
Fit fuga: rex patrijs astra petebat equis
Luctus erat: falseq; patres in crimine cedis
Hesisteq; animis forsitan ipsa fides.
Sed procul e longa uemebat iulius alba:
Lunaq; surgebat. nec facis usus erat.
Quum subito motu sepes tremuere sinistre
Rettulit ille gradus. horruerantq; come.
Pulcher et hūano maior. trabeaq; decorus
Romulus in media uisus adesse uia.
Et dixisse simul prohibe lugere quirites
Ne uiolent lachrymis numina nra suis.
Tura ferāt. placentq; nouū pia ēba quirinū
Et patrias artes militiamq; colant
Jussit. et in tenues oculis euanuit auras:
Conuocat hic patres. iussaq; uerba refert
Tēpla deo fiūt. collis quoq; dict9 ab illo ē.
Et referunt certi sacra paterna dies
Lux quoq; cur eadē stultorū festa uocetur:
Accipe. parua qdē causa. sed apta subest
Non habuit doctos tellus antiqua colonos
Lassabant agiles aspera bella uiros.
Plus erat in gladio q; curuo laudis aratro.
Neglectus domino pauca ferebat ager.
Farra tamē ueteres iacebāt. farta metebant
Primicias cereri farra resecta dabant.
Vsibus admoniti flammis torrēda dederūt
Multaq; peccato damna tulere suo.
Nam mō uerrebāt migras p farre fauillas.
Nunc ipsas ignes corripuere casas
Facta dea est fornax. leti fornace coloni
Orant ut uires temperet illa suas.
Curio legūmis tunc fornacalia uerbis
Maximus indicit. nec stata sacra facit
Incq; foro multa circum pendente tabella
Signatur certa curia queq; nota.
Stultaq; pars populi que sit sua curia nescit
Sed facit extrema sacra relicta die
Est honor et tumulis animas placare pīnas
Paruaq; īextructas mūera ferre pyras
Parua petunt manes. pietas p diuite gta ē
Munere. nō auidos styx habet ima deos
Tegula porrectis sat est uallata coronis.
Et sparse fruges. paruaq; mica salis.
Inq; mero mollica ceres. uioleq; solute
Hec habeat media testa relicta uia.
Nec maiora ueto. ꝛ et his placabilis ūbra ē
Adde preces. positis et sua uerba focis.
Hūc morem eneas pietatis idoneus auctor
Attulit in terras iuste latine tuas:
Ille patrijs gemio solennia dona ferebat.
Hinc populi ritus ediscere nouos
At quōdā. dū lōga gerūt pugnacibo armis
Bella parentales deseruere dies.
Non impune fuit: nā dicitur omne ab isto
Roma suburbanis incaluisse rogis.
Vix equidem credo. bustis exisse feruntur.
Et tacite questi tempore noctis aui.
Perq; uias urbis latosq; ululasse per agros
Deformes animas uulgus mane ferunt

Postea preteriti tumulis reddūtur honores
Prodigijsq; uenit funeribusq; modus.
Dum tamen hec fient: uidue cessate puelle
Expectet puros pinea teda dies
Nec tibi. que cupide matura uidebere matri
Comat uirgineas hasta recurua comas
Cōde tuas hymenee faces. ⁊ ab ignibꝰ atris
Aufer. habent alias mesta sepulcra faces
Dij quoq; templorū foribus celētur opertis
Thure uacent are. stentq; sine igne foci
Nūc anime tenues et corpa fūcta sepulcris
Errant. nunc posito pascitur umbra cibo:
Nō tn̄ hoc ultra. q̄ quot de mense supersunt
Luciferi: quot habēt carmina nr̄a pedes
Hanc. quia iusta ferūt: dixere feralia lucem
Vltima placandis manibus illa dies.
Ecce anus in medijs residēs annosa puellis
Sacra facit tacite. non tamen ipsa tacet
Et digitis tria thura tribꝰ sub limine ponit:
Qua breuis occultum mus sibi fecit iter
Tunc cantata tenet cum fusco litia plumbo:
Et septem nigras uersat in ore fabas
Quodq; pice astrinxit. qd̄ acu traiecit ahena
Obsutum menta torret in igne caput
Vina quoq; instillat. uini quotcūq; r̄lictū ē
Aut ipsa: aut comites. plus tn̄ ip̄a bibit.
Hostilis linguas. inimicaq; iunximus ora.
Dicit discedens. ebriaq; exit anus.
Protinus a nobis. que sit dea muta r̄quires
Disce. per antiquos que mihi nota senes
Juppiter in modico iuturne uictus amore
Multa tulit. tanto non patienda deo
Illa modo in siluis inter coryleta iacebat.
Nunc in cognatas desiliebat aquas.
Cōuocat hic nymphas latiū q̄cūq; tenebant
Et iacit in medio talia uerba choro
Inuidet ipsa sibi uitatq;. quod expedit illi
Vestra soror. summo concubuisse deo
Cōsulite ābobꝰ. nā q̄ ē mea magna uoluptas
Vtilitas uestre magna sororis erit.
Vos illi in prima fugienti obsistite ripa.
Ne sua fluminea corpora mergat aqua
Dixerat. annuerāt nymphe tiberinides oēs.
Queq; colunt thalamos ilia diua tuos.
Forte fuit nais lar nomine. prima sed illi
Dicta bis antiquum syllaba. nomē erat
Ex uitio positum. sepe illi dixrat almo
Nata tene linguam. nec tamen illa tenet
Que simulac tetigit iuturne stagna sororis.
Effuge ait ripas. dicta refertq; iouis.
Illa etiā iunonē adijt. miserataq; nymphas
Naiada iuturnam uir tuus inqint amat
Juppiter intumuit. quaq; ē nō usa modeste
Eripit huic linguam. mercuriūq; uocat
Duc hāc ad manes. locus ille silētibus aptꝰ
Nimpha. ꝫ īferne nympha paludis. erit
Jussa iouis fiunt. accepit lucus euntes.
Dicitur illa duci tunc placuisse deo.
Vim parat hic. uultu ꝓ uerbis illa p̄catur.
Et frustra muto nititur ore loqui
Fitq; g̃uis. gemīosq; parit. q cōpita seruant
Et uigilant nostra semper in urbe. lares.
Proxima cognati dixere charistia chari.
Et uenit ad socios turba propinq̄ deos.
Scilicet a tumulis. et qui periere. ꝓpinquis
Protinus ad uiuos ore referre iuuat.
Postq; tot amissos qcquic de sanguīe r̄stat
Aspicere. ⁊ generis dinnmerare gradus
Innocui ueniāt. ꝓcul hinc procul īpius este
Frater. et in partus mater acerba suos
Cui pater ē uiuax. qui matris digerit ānos
Que premit inuisam socrus iniqua nuꝝ
Tantalide fratres absint. et iasonis uxor.
Et que ruricolis semina tosta dedit.
Et soror. et progne. tereusq; duabꝰ iniquus
Et quicumq; suas per scelus auget opes
Dijs generis date thura boni. cōcordia ferr̄
Illo precipue mitis adesse die.
Et libate dapes. ut grati pignus amoris
Nutriat intinctos missa patella cibos.
Jā tibi suadebit placidos nox huīda somnos
Larga precaturi sumite uina manu
Et bene nos. bene tu patrie pr̄ optime cesar
Dicite. suffuso per sacra uerba mero.
Nox ubi transierit solito celebretur honore:
Separat indicio qui deus arua suo.

Termine siue lapis. siue es defossus ī agro
Stipes. ab ātiquis tu quoq; numē habēs
Te duo riuersa domini de parte coronant.
Binaq; serta tibi. binaq; liba ferunt
Ara fit hic. ignem curta fert rustica testa
Sumptū de tepidis ipsa colona focis.
Ligna senex minuit. cōscisaq; cōstruit artē.
Et solida ramos figere tentat humo
Tunc sicco primas iritat cortice flammas.
Stat puer et manibus lata canistra tenet
Inde ubi ter fruges medios īmisit in ignes
Porrigit incisos filia parua fauos
Vina tenent alij. libantur singula flammis
Spectāt. et linguis candida turba fauet.
Spargitur et ceso cōmunis terminus agno
Nec queritur. lactans cū sibi porca dat
Cōueniūt celebrantq; dapes uicinia supplex
Et cantant laudes termine sancte tuas.
Tu populos. urbesq;. et r̄gna ingētia. finis
Omnis erit sine te litigiosus ager
Nulla tibi ambitio ē. nullo corrūperis auro
Legitima seruas credita rura fide.
Si tu signasses olim trieterida terram
Corpora non leto missa trecenta forent
Nā foret otriades cōgestis tectus in armis
O quantum patrie sanguinis ille dedit
Quid noua cū fierent capitolia? nēpe deorū
Cuncta ioui cessit turba. locumq; dedit?
Terminus. ut ueteres mēorāt. ī uēt9 in edē
Restitit. et magno cū ioue templa. tenet
Nūc quoq;. se supra ne q̄d nisi sidera cernat
Exiguum templi tecta foramen habent.
Termine post illud leuitas tibi libera non ē
Qua positus fueris in statione manes.
Nec tu uicino quicq̄ concede roganti:
Ne uideare hominem preposuisse ioui
Et seu uomeribus. seu tu pulsabere rastris.
Clamato tuus est hic ager: ille suus.
Est uia que populū laurentes ducit in agros
Quondam dardanio regna petita duci.
Illa lanigeri pecoris tibi termine fibris
Sacra uidet fieri sextus ab urbe lapis:
Gentibus est alijs data tellus limite certo.

Romane spacium ē urbis et orbis idē
Nūc mihi dicēda ē r̄gis fuga. traxit ab illa
Sextus ab extremo nomina mense dies
Vltima tarquinius romane gentis habebat
Regna. uir iniustus fortis ad arma tamē
Ceperat hic alias. alias euerterat urbes
Et gabios turpi fecerat arte suos
Nāq; trium minimus ꝓles maīfesta supbi
In medios hostes nocte silente uenit
Nudarunt gladios. occidite dixit inermem
Hoc cupiūt fratres. tarquiniusq; pater
Qui mea crudeli lacerauit uerbere terga.
Dicere ut hoc posset. uerbera passus erat
Luna fuit. spectāt iuuenē. gladiosq; r̄cōdūt
Tergaq; deducta ueste notata uident.
Flent quoq;. et ut secū tueatur bella p̄cant̄
Callidus ignaris annuit ille uiris.
Jāq; potens. misso genitorē appellat amico
Perdēdi gabios quod sibi mōstret iter:
Hortus odoratis suberat cultissimus herbis
Septus humū riuo lene sonantis aque.
Illic tarquinius mandata latentia nati
Accipit. et uirga lilia summa metit
Nuncius ut redijt. decussaq; lilia dixit.
Filius agnosco iussa parentis ait.
Nec mora principibus cesis ex urbe gabina
Traduntur ducibus menia nuda suis
Ecce nefas uisu medijs altaribus anguis
Exit. et extincti ignibus exta rapit.
Consulitur phebus. sors ē ita reddita matri.
Qui dederit primus oscula. uictor erit
Oscula quisq; sue matri properata tulerunt.
Non intellecto credula turba deo.
Brutus erat stulti sapiens imitator. ut esset
Tutus ab insidijs dire superbe tuis
Ille iacens pronus matri dedit oscula terre
Creditus offenso procubuisse pede
Cingitur interea romanis ardea signis
Et patitur longas obsidione moras.
Dū uacat et metuūt hostes ꝯmittere pugnā
Luditur in castris. ocia miles agit
Tarquini9 iuuenis socios dapibusq; meroq;
Accipit. ex illis rege creatus. ait

Dum nos sollicitos pigro tenet ardea bello.
Nec sinit ad patrios arma referre deos.
Ecquid in officio torus ē socialis? et ecquid
Cōiugibus nostris mutua cura sumus?
Quisq; suā laudat. studijs certamī a crescūt
Et feruet multo linguaq; corq; mero.
Surgit cui dederat clarum collatia nomen.
Non opus est uerbis. credite rebus ait.
Nox supest. tollamur eqs. urbēq; petamus
Dicta placent. frenis impediūtur equi.
Pertulerant dominos. regalia protinus illi
Tecta petunt. custos in fore nullus erat.
Ecce nurum regis fusis per colla coronis
Inueniūt posito peruigilare mero.
Inde cito passu petitur lucretia cuius
Ante torum calathi lanaq; mollis erat
Lumē ad exiguū famle data pēsa trahebāt:
Inter quas tenui sic ait illa sono
Mittēda ē domino nūc nūc ꝓperate puelle
Quā primū nostra. facta lacerna manu.
Quid tamē audistis: nā pla audire potestis
Quantum de bello dicitur esse super?
Postmō uicta cades: melioribꝫ ardea r̄stas
Im ꝓba: q̄ nostros cogis abesse uiros.
Sint tātum reduces: sed em̄ temerarius ille
Est meus: et stricto quolibet ense ruit.
Mēs abit: et morior. quotiēs pug̃ntis imago
Me subit: et gelidū pectora frigꝰ habet
Desinit in lachrymis. inceptaq; fila r̄mittit:
In gremio uultum deposuitq; suo.
Hoc ipa; decuit. lachryme decuere pudicā:
Et facies animo dignaq; parq; fuit.
Pone metum ueni coniunx ait. illa reuixit
Deq; uiri collo dulce pependit onus.
Interea iuuenis furiales regius ignes
Concipit: et ceco raptus amore furit.
Forma placet niueusq; color flauiq; capilli:
Quiq; aderat nulla factus ab arte decor
Verba placēt: et uox: et quē cōrrūpe nō es
Quoꝫ minor spes ē: hoc magis ille cupit
Iam dederat cantus lucis prenūcius ales:
Quū r̄ferūt iuuenes in sua castra pedes
Carpit attonitos absentis imagine sensus
Ille: recordanti plura magisq; placent.
Sic sedit: sic culta fuit. sic stamina nenit
Neglecte collo sic iacuere come.
Hos habuit uultus hec illi uerba fuerunt
Hic color. hec facies. hic decor oris erat.
Vt solet a magno fluctus laguescere flatu:
Sed tamen a uēto. qui fuit. unda tumet:
Sic q̄uis aberat placite presentia forme.
Quē dederat pn̄s forma manebat amor.
Ardet. et iniusti stimulis agitatus amoris.
Comparat indigno uimq; metūq; toro.
Exitus in dubio ē. audebimus ultima dixit
Viderit. audentes sorsq; uenusq; iuuat
Cepimus audēdo gabios quoq; talia fatus
Ense latus cinxit. tergaq; pressit equi
Accipit erata iuuenem collatia porta.
Condere iam uultus sole parante suos
Hostis ut hospes init penetralia collatini
Comiter excipitur. sanguine iunctus erat
Quātū animis erroris inest. pat inscia rer̄
Infelix epulas hostibus illa suis.
Fūctus erat dapibꝫ. poscūt sua tēpa somnū
Nox erat. et tota lumina nulla domo:
Surgit. et aurata uagina liberat ensem:
Et uenit ī thalamos nupta pudica tuos.
Vtq; torum pressit. ferrū lucretia mecū est:
Natus ait regis tarquiniusq; uocor.
Illa nihil: neq; em̄ uocem uiresq; loquendi
Aut aliquid toto pectore mentis habet:
Sed tremit. ut quōdā stabul' deprēsa r̄licti.
Parua sub infesto cum iacet agna lupo
Quid faciat? pugnet? uincet femīa pugnans
Clamet? at in dextra qui uetet: ensis erat
Effugiet? positis urgentur pectora palmis:
Tūc primū externa pectora tacta manu
Instat amās hostis. precio. p̄cibusq; minisq;
Nec prece. nec p̄cio. nec mouet ille minis
Nil agis. eripiam dixit per crimina uitam:
Falsus adulterij testis adulter ero.
Interimam famulū. cū quo deprēsa fereris
Succubuit fame uicta puella metu.
Quid uictor gaudes? hec te uictoria perdet:
Heu q̄to regnis nox stetit una tuis

Jāq; erat orta dies: sparsis sedet illa capillis
Vt solet ad nati mater ituta rogum
Grādeuumq; patrem fido cū cōiuge castus
Euocat. et posita uemit uteroq; mora
Vtq; uidēt habitū q̄ luctus causa requrūt.
Cu paret exequias: quo ue sit icta mō:
Illa diu retucet: pudibundaq; celat amictu
Ora: fluūt lachrymē more pennis aque.
Hinc pr̄ hinc cōiūx lachrymas olāt: et orāt
Indicet: ⁊ ceco flentq; pauentq; metu
Ter conata loqui: ter destitit: ausaq; quarto
Non oculos ideo sustulit illa suos.
Hoc quoq; tarquinio debebim9. eloq̄r iquit
Eloquar infelix dedecus ipsa meum.
Queq; potest narrat: restabāt ultima. fleut
Et matronales erubuere gene.
Dant uemā facto: gemitor cōiunxq; coacte
Quā dixit uemam uos datis: ipsa nego.
Nec mora. celato fixit sua pectora ferro:
Et cadit in patrios sanguinolenta pedes
Tūc quoq; iam moriēs ne nō pcūbat hōeste
Respicit: hec etiam cura cadentis erat.
Ecce sup corpus cōmuna damna gemētes
Obliti decoris uirq; paterq; iacent.
Brutus adest: tādēq; animo sua noia fallit:
Fixaq; semianimi corpore tela rapit.
Stillantēq; tenes generoso sanguine cultrū
Edidit impauidos ore minante sonos
Per tibi ego hūc iuro fortem castūq; cruorē
Perq; tuos manes: qui mihi numē erūt
Tarquiniū profuga penas cū stirpe daturū
Jam satis est uirtus dissimulata mihi
Illa iacēs ad ora oculos sine lumīe mouit
Visaq; concussa dicta probare coma
Fertur in exequias animi matrona uirilis:
Et secum lachrymas: inuidiamq; trahit.
Vulnꝰ iane patet: brutus clamore quirites
Conditat. et regis facta nefanda refert.
Tarquinius cū ple fugit: capit ānua cōsul
Jura: dies regnis illa suprema fuit.
Fallimur: an uetus prenuntia uemit hirundo
Et metuit ne qua uetsa recurrat hyems
Sepe tamē pgne minū ppetasse quereus:
Virq; tuo tereus frigore letus erit:
Jamq; due restant noctes de mēse secundo
Marsq; citos iūctis curribꝰ urget equos
Ex uero positum permansit equitia nomen:
Que deus in campo perspicit ipse suo
Jure uemis gradiue. locū tua tēpora poscūt:
Signatusq; tuo nomine mensis erit.
Venimus in portū. libro cū mense peracto.
Nauiget hinc alia iam mihi linter aqua

Publij Ouidij Nasonis fasto
rum Liber Tertius Incipit

Ellice depositis clipeo paulis/
per et hasta
Mars ades ⁊ mitidas cassi sol
ue comas.
Forsitan ipse roges quid sit cū marte poete:
A te. qui cantur. nomina mensis habet.
Ipse uides mauibꝰ pagi fera bella minerue:
Non minus ingenuis artibus illa uacat.
Palladis exemplo ponende tempora sume
Cuspidis. muemes et quid inermis agas
Tūc quoq; iermis eras. cū te rōana sacerdos
Cepit. ut huic urbi semina magna dares
Sylua uestalis (quid eā uetat mō mouerī?)
Sacra lauaturas mane petebat aquas.
Ventū erat ad mollē decliuo tramite tripā:
Domitur e summa fictilis urna coma
Fessa resedit humo. uentoq; accepit apto
Pectore turbatas restituitq; comas.
Dū sedet. umbrose salices uolucresq; canore
Fecerunt somnos et leue murmur aque
Blanda quies furtim uictis surrepsit ocellis
Et cadit a mento languida facta manus
Mars uidet hanc. uisamq; cupit. potiturq;
Et sua diuina furca fefellit ope cupita
Somnus abit. iacet ipa ḡuis. iā scilicet mtra
Viscera. romane conditor urbis erat.
Languida cū surgit. nescit cur lāguida sur/
Et pagit tales arbore mixa sonos gat
Vtile sit faustūq; precor. qđ imagine somni
Vidimus. an somno clarius illud erat?

Ignibus iliacis aderā. quum lapsa capillis
Decidit ante sacros lanea uitta focos
Inde due pariter. (uisu mirabile) palme
Surgunt: ex illis altera maior erat.
Et grauibus ramis totum protexerat orbem
Contigeratq; sua sydera summa coma.
Ecce meus ferrū patruus molitur in illas.
Terreor admonitu corq; timore micat.
Martia pic9 auis gemino ꝓ stipite pugnāt
Et lupa tuta per hos utraq; palma fuit.
Dixerat: et plenam nō firmis uiribꝫ urnam
Sustulit: implerat dum sua uisa refert.
Interea crescente remo. crescente quirino
Celesti tumidus pondere uenter erat
Quo minus emeritis exiret cursibus annus
Restabant nitido iam duo signa deo.
Siluia fit mater. ueste simulacra feruntur
Virgineas oculis opposuisse manus.
Ara dee certe tremuit pariente ministra:
Et subijt cineres territa flamma suos
Hoc ubi cognouit cōtēptor amulius equi
(Nā raptas fratri uictor habebat opes)
Amne iubꝫ mergi gemīos. scel9 ūda r̄fugit
In sicca pueri destituuntur humo
Lacte quis infantes nescit creuisse ferino:
Et picum expositis sepe tulisse cibos?
Non ego te tante nutrix laurentia gentis:
Nec taceam uestras faustule pauꝑ opes
Vester honor ueniet: quum laurētalia dicā.
Acceptus genijs illa december habet.
Martia ter senos proles adoleuerat annos
Et suberat flaue iam uoua barba come.
Omnibus agricolis armentorūq; ministris
Iliade fratres iura petita dabant.
Sepe domū ueniūt predonū sanguine leti.
Et redigunt actos in sua iura boues.
Vt gen9 audierāt. animos pr̄ edit9 auget.
Et pudet in paruis nomen habere casis.
Romuleoq; cadit traiectus amulius ense.
Regnaq; longeuo restituuntur auo.
Menia cōduntur. que q̄uis parua fuerunt
Non tamen expedijt trausilijsse remo.
Nam mō. que fuerāt silue pecorūq; recessus
Vrbs erat. eterne quum pater urbis ait.
Arbiter armorum de cuius sanguine credor
Natus. et ut credar pignora mlta dabo
A te principium romano dicimus anno.
Primus de patrio nomine mensis erit.
Vox rara fit. pr̄ioq; uocat de nomīe mēsem
Dicitur hec pietas grata fuisse deo.
Et tamē ante omnes martē coluere ꝓores.
Hoc dederat studijs bellica turba. suis.
Pallada cecropide: minora creta dianam.
Vulcanum tellus hypsipylea colit.
Junonem sparte pelopeiadesq; micene
Pinigerū fauni menalis ora caput.
Mars latio uenerād9 erat. quia p̄sidet armis
Arma fere genti. remq; decusq; dabant
Quod si forte uacas. pegrinos inspice fastos
Mensis in his etiā nomine marcis erit
Tertius albanis. quintus fuit ille faliscis.
Sextus apud populos hernica terra tuos
Inter aricinos albanaq; tempora constat
Factaq; te legoni menia celsa manu.
Quintū laurētes. bisquintū equiculus acer
A tribus hūc primū turba forēsis habet
Et tibi cum proauis miles peligine sabinis
Cōuenit. huic gēti quartus utriq; deus.
Romulus hos oēs ut uinceret ordine saltē:
Saguinis auctori tempora prima dedit:
Nec totidē ueteres. quot nūc habuē calēdas
Ille minor geminis mensibus ānus erat
Nondum tradiderat uictas uictoribꝫ artes
Grecia. facundum sed uiale forte genus.
Qui bene pugnabat. romanā nouerat artē.
Mittere qui poterat pila. disertus erat
Quis tūc aut hyades. aut pleiadas atlāteas
Senserat? aut gemīos eē sub axe polos?
Esse duas arctos. quarum cynosura petatur
Sidonijs. elicen graia carina notet?
Signaq; que longo frater percenseat anno
Ire per hec uno mense sororis equos?
Libera currebant nec obseruata per annum
Sydera. constabat sed tamen esse deos.
Non illi celo labentia signa tenebant.
Sed sua. que magnū perdere crimē erat

Illa quidem feno: sed erat reuerentia feno
Quantā nūc aqinlas cernis habere tuas
Pertica suspensos portabat longa maniplos
Inde maniplaris nomina miles habet
Ergo animi īdociles. et adhuc racōe carētes
Mensibus egerunt lustra minora decem
Annus erat decimū quū luna receperat orbē
Hic numerus magno tunc in amore fuit
Seu qa tot digiti: p quos numerare solem9
Seu quia bisquino femina mense parit.
Seu q adusq decē numero crescente uenit.
Principium spaciis sumitur inde nouis.
Inde patres centum denos secreuit in orbes
Romulus: hastatos instituitq decem.
Et totidē princeps: totidem pilan9 habebat
Corpora legitimo quiq merebar equo.
Quin eciam partes totidem taciensibus ille
Quosq uocāt ramnes luceribusq dedit
Assuetos igitur numeros seruauit in anno.
Hoc luget spatio femina mesta uirum.
Neu dubites prime fuerint quin ante calēde
Martis: ad hec animū signa r̄ferre potes
Laurea flaminibus que toto persticit anno
Tollitur. et frondes sunt in honore noue
Janua tunc regis posita uiret arbore phebi
Ante tuas itidem curia prisca fores
Vesta quoq ut folio niteat uelata recenti.
Cedit ab iliacis laurea cana focis.
Adde q arcana fieri nouus ignis in ede
Dicitur. et uires flamma refecta capit
Nec mihi pua fides hinc annos esse p̄ores
Annua q hoc cepta ē mense repente coli
Hinc eciam ueteres initi memorant̄ honores
Ad spatium belli perfide pene tui.
Deniq quint9 ab hoc fuerat quintilis: et in̄
Incipit a numero nomina qsquis habz.
Primus oliuiferis romam deduct9 ab arius
Pompilius menses sensit ab esse duos.
Siue erat a samio doctus qui posse renasci
Nos putat. egeria siue monente sua.
Sed tamen errabant etiam tūc tēpora. donec
Cesaris in multis hec quoq cura fuit.
Non hec ille deus tanteq ꝓpaginis auctor
Credidit officiis esse minora suis.
Promissumq sibi uoluit prenoscere celum.
Nec deus ignotas hospes inire domos.
Ille moras solis. quibꝫ in sua signa redire
Traditur exactis disposuisse notis.
Is decies senos tercētum et quinq diebus.
Junxit et e pleno tempora quinta die
Hinc āni modus est. in lustrū accedere debz
Que consumatur partibus. una dies
Si licet occultos monitus audire deorum
Vatibus. ut certe fama licere putat.
Cum sis officiis gradiue et uiribus aptus.
Dic mihi matrone cur tua festa colant.
Sic ego. sic posita dixit mihi casside mauors
Sed tamen in dextra missilis hasta fuit
Nunc p̄mū studijs pacis deus utilis armis
Aduocor. et gressus in noua castra fero.
Nec piget īcepti. iuuat hac quoz pte morari
Hoc solam ne se posse minerua putet.
Disce latinorum uates operose dierum
Quod petis. ⁊ memori pectoē dicta nota
Parua fuit si prima uelis elementa referre
Roma. sed in pua spes tamē huius erat.
Menia iam stabant populis angusta futuris
Credita sed turbe tunc nimis ampla sue
Que fuerit nostri. si queris. regia nati
Aspice de canna straminibusq domum.
In stipula placidi capiebat munera somni.
Et tamen ex illo uenit in astra toro.
Jamq loco maius nomē roman9 habebat
Nec coniunx illi. nec socer ullus erat.
Spernebat generos inopes uicinia diues
Et male credebar sanguinis auctor ego:
In stabulis habitasse. et oues pauisse noce
Jugeraq inculti pauca tenere soli. bat
Quū pare queq suo coeūt uolucresq fereq
Atq aliquam de q̄ procreet āguis habz
Extremis dantur connubia gentibꝫ. at que
Romano uellet nubere nulla fuit.
Indolui. patriamq dedi tibi romule mentē
Tolle p̄ces dixi. quod petis arma dabūt
Festa para conso. consus tibi cetera dicet.
Illo festa die dum sua sacra facis.

Intumuere cures: et quos dolor attigit idē.
Tūc p̄mum generis intulit arma socer.
Jamq; fere raptæ matr̄ quoq; nomē habebāt
Tractaq; erant longa bella ꝓpinq; mora
Conuemunt nuptæ dictā iunonis in edem
Quas inter mea sic est nurus ausa loqui
O pariter raptæ quomā hoc cōmune tenem⁹
Non ultra lente possumus esse pie.
Stant acies: sed utra dij fūt ꝓ parte rogādi
Eligite: hinc diunx hinc pr̄ arma tenet.
Querendum est. uidue fieri malitis: an orbe
Consilium uobis forte: piumq; dabo.
Consilium dederat: parēt: crinesq; r̄soluūt
Vestaq; funerea corpora ueste tegunt
Jam steterant acies ferro mortiq; parate.
Jam lituus pugne signa daturus erat
Quum raptæ uemunt inter patresq; uirosq;
Inq; sinu natos pignora cara tenent.
Vt medium campi sæuis tetigere capillis
In terram posito procubuere genu
Et quasi sentirent: blando clamore nepotes.
Tenebant ad auos brachia parua suos.
Qui poterat: clamabat auū tūc demiq; usū.
Et qui uix poterat: posse coactus erat.
Tela uiris: animiq; cadunt: gladijsq; r̄motis
Dant soceri generis: accipiuntq; manus
Laudatasq; tenent natas. scutoq; nepotem.
Sert auus: hic scuti dulcior usus erat.
Inde diem. ꝑmasq; meas celebrare kalēdas
O ebalie matres non leue numen habēt.
Aut quia cōmitti strictis mucronibus ause.
Simierant lachrimis martia bella suis
Vel q̄ erat de me feliciter illa mater.
Ritæ colunt matres sacra diemq; meum:
Quidq; hyēs adopta gelu. tūc demq; sedit
Et pereunt lapsa sole tepente niues
Arboribus redeunt detonse frigore frondes.
Vuidaq; ī tenero palmite gēma tumet
Queq; diu latuit. nūc qua se tollit in auras.
Sertilis occultas inuenit herba uias
Nūc fecundus ager. pecoris nūc hora creādi
Nunc auis in ramo tecta laremq; parat.
Tempora iure colunt latie fecunda parētes
Quarum militiam uotaq; partus habet.
Adde q̄: excubias ubi rex romanus agebat
Qui nūc esquilias nomina colli habet
Illic anuibus iunoni templa latinis
Hac sunt (si memini) publica festa die
Quid moror? et uatis onero tua pectora causis
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos
Mater aāt nuptas. matr̄ me turba freq;tat.
Hec nos precipue tam pia causa decet.
Sertæ dee flores gaudet florentibus herbis.
Hec dea. de tenero cingite flore caput:
Dicite. tu nobis lucem lucina dedisti
Dicite tu uoto partuientis ades.
Si qua tamē grauida est. resoluto crine precetur
Vt soluat partus molliter illa suos.
Quis mihi nunc dicet quare celestia martis
Arma ferant sabii. mamuriumq; canant:
Nympha mone neōri stagnoq; adopta diane
Nympha nume cōiunx ad tua festa uemi
Vallis ariciæ silua precinctus opaca
Est locus antiqua religione sacer.
Hic latet hyppolytus lotus direptus equoq;
Vnde nemus nullis illud aditur equis.
Licia dependent longas uelantia sepes.
Et posita est merite multa tabella dee.
Sepe potens uoti frontem redimita coronis
Semina lucentes portat ab urbe faces.
Regna tenēt fortes maribus. pedibusq; fugaces
Et perit exemplo postmodo quisq; suo.
Defluit incerto lapidosus murmure riuus
Sepe sed exiguis haustibus inde bibit.
Egeria est que p̄bet aquas dea gta camems
Illa nume coniunx consiliumq; fuit.
Principio minium ꝑmptos ad bella quirites
Mollirī placuit iure deumq; metu.
Inde date leges. ne firmior omnia posset
Ceptaq; sunt pure tradita sacra coli
Exuitur feritas armisq; potentius equum ē.
Et cum ciue pudet conseruisse manus
Atq; aliquis modo trux uisa iam uertit ara
Vinaq; dat tepidis farraq; salsa focis.
Ecce deum genitor rutilas p nubila flāmas
Spargit. et effusis ethera siccat aquis

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1928217079/phys_0170

Non alias missi cecidere frequentius ignes
Rex panet: et uulgi pectora terror habet.
Cui dea: ne mimium terrere: piabile fulmen
Est ait: et seui flectitur ira iouis.
Sed poterunt ritum picus faunusq; piandi
Tradere romani numen utrumq; soli.
Nec sine ui tradent. adhibe tu uincula captis
Atq; ita qua possunt edidit arte capi
Lucus auentino suberat niger ilicis umbra
Quo posses uso dicere numen mest
In medio gramen: muscoq; adoperta uireti
Manabat saxo uena perennis aque:
Inde fere soli faunus picusq; bibebant.
Huc uenit: et foti rex numa mactat ouē
Plenaq; odorati disponit pocula bacchi.
Cumq; suis antro conditus ipse latet
Ad solitum uenium siluestria numina fontē
Et releuant multo pectora sicca meto.
Vina ges sequtur: gelido numa ꝓdit ab ātro
Vinclaq; sopitas addit in arcta manus.
Somnus ut ebscessit: pugnando uincla tētat
Rumpere. pugnantes fortius illa tenent
Tunc numa. diꝫ nemorū factis ignoscite nr̄is
Si scelus ingenio scitis ab esse meo
Quoq; modo possit fulmen monstrate piari
Sic numa. sic quatiens cornua faunꝰ ait
Magna petis nec que monitu tibi dicet nēo
Fas sit: habent fines numina nostra suos
Diꝫ sumus agrestes. et q̄ dominemur i altis
Montibus: arbitrium ē in sua tecta iouī
Nunc tu non poteris per te deducere celo.
At poteris nostra forsitan usus ope.
Dixerat hec faunus. par est sententia pii
Deme tamen nobis uincula picus ait.
Iuppiter huc uenet sūma ꝓductus ab arce
Nubila ꝓmissi styx mihi testis erit.
Emissi laqueis quid agāt. que carmia dicāt
Quaq; trahant superis sedibꝰ arte iouē
Scire nefas homini ē. nobis concessa canēt
Queq; pio dici uatis ab ore licet.
Eliciunt celo te iuppiter: unde minores
Nunc quoq; te celebrāt. eliciumq; uocant
Constat auentine tremuisse cacumina siluę.
Terraq; subsedit pondere pressa iouis.
Corda micant regis. totoq; e corpe sanguis
Fugit. et hirsute dirigere come.
Vt rediitq; animus. da certa piamina dixit
Fulminis altorum rexq; paterq; deum.
Si tua contigimus manibus donaria puris.
Hoc quoq; ꝓ petitur. si pia lingua rogat
Annuit oranti. uerumq; ambage remota
Addidit et dubio terruit ore uirum.
Cede caput dixit. cui rex parebimus inquit.
Cedenda est hortis eruta cepa meis.
Addidit hic. hominis sumes ait ille capillos
Postulat hic animā. cui numa pisis ait.
Risit. et hic inquit facto mea te la procures.
O uir colloquio non abigende deum
Sed tibi ꝓtulerit. cū totum crastinus orbē.
Cinthius imperij pignora certa dabo
Dixit. et ingenti tonitru super ethera notum
Fertur. adorantem destituitq; numam.
Ille redit letus. memoratq; quiritibus acta
Tarda uenit dictis difficilisq; fides.
At certe credemus ait. si uerba sequetur
Exitus. en audi crastina quisquis ades.
Protulerit totum cū tertis cynthius orbē.
Iuppiter imperij pignora certa dabit
Discedunt dubij. ꝓmissaq; tarda uidentur.
Dependetq; fides aduemente die.
Mollis erat tellus roratag; mane pruina
Ante sui populus limina regis adest:
Prodit. et in solio medius consedit acerno.
Innumeri circa stantq; silentq; uiri.
Ortus erat summo tātū mō margine phebꝰ
Sollicite mentes. speq; metuq; pauent
Constitit. atq; caput mueo uelatus amictu
Iam bene diis notas sustulit ille manus.
Atq; ita. tēpus adē ꝓmissi muneris inquit.
Pollicitam dictis uppiter adde fidem.
Dum loquitur. totū iam sol emouerat orbē
Et grauis ethereo uenit ab axe fragor.
Ter tonuit sine nube deꝰ. tria fulmia misit
Credite dicenti. mira seo acta loquar.
A media celum regione debiscere cepit.
Summisere oculos cum duce turba suo

Ecce leui scutum uersatum leuiter aura
Decidit. a populo clamor ad astra uenit.
Tollit munus humo: cesa prius ille iuuenca
Que dederat nulli colla p̄menda iugo
Atq; ancile uocat. quod ab oī pte recisum ē
Quemq; notes ocul. ãgul9 omnis abest
Tunc memor imperii sortem consistere ī illo
Consilium multe calliditatis init.
Plura iubet fieri simili celata figura.
Error ut ante oculos insidiantis eat.
Mamurius. morum fabre ne exactior artis
Difficile est ulli dicere. clausit opus.
Cui numa munificus facti pete p̄mia dixit:
Si mea nota fides. irita nulla petes.
Jam dederat saliis. a saltu nomina dicta.
Armaq;. et ad certos ꝟba canēda modos
Quū sic mamurius. merces mihi gloria det
Nominaq; extremo carmine nr̄a sonent
Inde sacerdotes operi ꝓmissa uetusto
Premia persoluunt. mamuriumq; uocāt
Nubere siqua uoles. q̄uis ꝓperabitis ambo
Differt habēt pue cōmoda magna more
Arma mouēt pugnā. pugua ē aliena maritis
Condita quum fuerint aptius omen erit
His etiam coniunx capitis distincta dialis
Lucibus. impexas debet habere comas.
Tertia nox dimensa suos ubi mouerit ort9
Conditus egeminis piscibus alter erit.
Nam duo sunt. austris h̄ est. aquilonibꝫ ille
Proximus. a uentis nomen uterq; tenet
Quum croceis rorare genis tithonia cōiunx
